

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

107 9.9 KW189 G-9

L V C I A N I

SAMOSATENSIS

O P E R A

GRAECE LATINE

CVM NOTIS SELECTIS

T O M V S I


CVRAVIT

IO. PETR. SCHMIDIUS.

MITAVIAE

APVD IACOBVM FRIDER. HINZIVM

M D C C L X X V I. 4.



THE [illegible] OF [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

Vix erat necesse, vt nouae huic Luciani editioni praefationis aliquid adderetur, cum neque laudandi commendandique, vt fit, scriptoris adesset materia, praecepta iam ab aliis, neque de subsidiis, quae, ad eum vel emendandum vel illustrandum, adhibita sint, longa deberet institui oratio. Breuiter tantum indicandum est, quam viam sim sequutus in virorum doctorum, qui in hoc scriptore studium suum collocauerunt, notis vel deligendis vel in compendium redigendis. Textus Luciani et Graecus et Latinus repetitus est ad editionem, quae Amstelodami tomis tribus in quaternis MDCCXLIII studio *Ioannis Friderici Reitzii*, post varios aliorum doctorum virorum conatus, absoluta est. Notas et observationes haec habet omnium fere, qui Lucianum tractauerunt, multas illas quidem et copiosas, at si verum dicas, Luciano non multum vtilis, neque adeo necessarias, vt

sine illis scriptor intelligi nequeat. At enim vero cum notarum bonitas non ex multitudine, et doctrina, quam prae se ferant, sed ex perspicuitate, et breuitate iusta spectetur, et spectari debeat, id studui, ut ad hanc legem notae deligerentur. Qua de causa omnes fere illas omisi, quae et grammaticam rationem negligerent, et sine quibus, versione adhibita, nemo facile de sensu scriptoris videbatur dubitaturus. In quo, an ita sim versatus, ne, vel necessaria omittendo, vel aliena retinendo, in alterutram partem peccauerim, aequorum peritorumque iudicum sententia edoceri percupio.

PHOTIVS COD. CXIIIX.

Ανεγνώσθη Λουκιανου ὑπὲρ Φαλαίριδος,
καὶ νεκρικοὶ καὶ ἐταιρικοὶ διάλογοι δια-
φοροί, καὶ ἕτεροι διαφόρων ὑποθέσεων λό-
γοι. ἐν οἷς σχεδὸν ἅπανσι τὰ ἐλλήνων κωμω-
δεῖ, τὴν τε τῆς θεοπλασίας αὐτῶν πλάνην
καὶ μωρίαν, καὶ τὴν εἰς ἀσέλγειαν ἄσχετον
ὁρμὴν καὶ ἀκρασίαν, καὶ τῶν ποιητῶν αὐ-
τῶν τὰς τερατώδεις δόξας καὶ ἀναπλάσεις,
καὶ τὸν ἐντεῦθεν πλάνον τῆς πολιτείας, καὶ
τὰ ἄλλα βίᾳ τὴν ἀνώμαλον περιφορὰν, καὶ
τὰς περιπτώσεις, καὶ τῶν φιλοσόφων αὐ-
τῶν τὸ φιλόκομπον ἦθος, καὶ μηδὲν ἄλλο,
πλὴν ὑποκρίσεως καὶ κενῶν δοξασμάτων με-
σόν, καὶ ἀπλῶς, ὡς ἔφημεν, κωμωδία τῶν
ἐλλήνων ἐστὶν αὐτῶ ἢ σπασθὴ ἐν λόγῳ πεζῶ.
ἔοικε δὲ αὐτὸς τῶν μηδὲν ὅλως πρεσβευόν-
των εἶναι. τὰς γὰρ ἄλλων κωμωδῶν καὶ δια-
παίζων δόξας, αὐτὸς ἦν θειάζει, ὃ τίθησι.
πλὴν ἢ τις αὐτῷ δόξαν ἔρει, τὸ μηδὲν δοξά-
ζειν. τὴν μὲν τοι φράσιν ἐστὶν ἄριστα λέ-
ξει εὐσήμῳ τε καὶ κυρία, καὶ τὸ ἐμφαστικῶ
διαπρεπὲς καὶ κεχηρμένος· εὐκρωτίας τε καὶ
καθαρότητος, μετὰ τῷ λαμπρῷ καὶ συμ-
μέτρῳ μεγέθει, εἴ τις ἄλλος, ἐρασῆς· συγ-
γρᾶς δὲ τῆς

Δήκη τε αὐτῷ ἔτως ἤρμωσα, ὥτε δοκεῖν τὸν
ἀναγινώσκοντα, μὴ λόγους λέγειν, ἀλλὰ μέ-
ρος τι τερπνὸν χωρὶς ἐμφανῆς ὁδῆς τοῖς
ὡσὶν ἐναποσάζειν τῶν ἀκροατῶν. καὶ ὅλως,
ὥσπερ ἔφημεν, ἄριστος ὁ λόγος αὐτῷ, καὶ
ἐπρέπων ὑποθέσειν, ἃς αὐτὸς ἐγὼ συν-
τῶ χελοῖω διαπαῖζω. ὅτι δὲ αὐτὸς τῶν
μηδὲν ἦν ὅλως δοξαζόντων, καὶ τὸ τῆς βί-
βλες ἐπίγραμμα δίδωσιν ὑπολαμβάνειν, ἔ-
χει γὰρ ὥδε·

Λεκιανὸς ταῖς ἔγραψα παλαιὰ τε μωραῖ
τε εἰδώς·

Μωραὶ γὰρ ἀνθρώποις καὶ τὰ δοκοῦν-
τα σοφά.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακρίδόν ἐστι νόημα·

Ἀλλ' ὃ σὺ θαυμάζεις, τῷ ἑτέροις
γέλως.

BRASSMVS Epist. L. 29. Ep. 5. in Lu-
ciani Somn. *Omne tulit punctum* (ut scri-
psit Flaccus) *qui miscuit utile dulci*. Quod
quidem aut nemo, mea sententia, aut po-
ster hic *Lucianus* est assecutus; qui priscae
comœdiae dicacitatem, sed citra petulan-
tiam referens, Deum immortalem! qua
vafricie, quo lepore perstringit omnia,
quo naso cuncta suspendit, quam omnia
miro sale perfricat, nihil vel obiter
attingens, quod non aliquo feriat
scom-

scommate, praecipue philosophis infestus, atque inter hos *Pythagoricis* potissimum; ac *Platonicis* ob praestigias: *Stoicis* item propter intolerandum supercilium, hos punctim ac caesim, hos omni telorum genere petit; idque iure optimo: quid enim odiosius, quid minus ferendum, quam improbitas virtutis nomine personata? Hinc illi *Blasphemi*, hoc est maledici vocabulum addidere; sed hi nimirum, quorum vlcera tetigerat.

IDEM *ibid.* Tantum obtinet in dicendo gratiae, tantum in inueniendo felicitatis, tantum in iocando leporis, in mordendo aceti, sic titillat allusionibus, sic seria nugis, nugas seriis miscet: sic ridens vera dicit, vera dicendo ridet; sic hominum mores, affectus, studia, quasi penicillo depingit: neque legenda, sed plane spectanda oculis exponit, vt nulla comodia, nulla satyra cum huius *Dialogis* conferri debeat, seu voluptatem spectes, seu spectes vtilitatem.

GER. VOSSIVS de philosophorum Sectis p. 57. Lucianus Samosatensis metuo ne haud satis iusta de causa à Deos apud *Christianos* audiat. Scio Suidam tradere eum
ita

~~Lucianus~~
ita appellatum, quod in *Christum* debacchetur; verum nusquam in eum maledicus invenitur, praeterquam in persona *Peregrini*, ubi *Christum* appellat *Sophistam*, quae vox non solum *Impostorem* significat, sed etiam in bonam partem sumitur. *Christiani* vero vocem illam aestimarunt, quasi ex *Luciani*, non ex *Philosophi*, in quo τὸ πρῆπον servandum erat, persona dictum fuerit. Non tamen recte scenae seruitur, cum de *Deo* agitur; eoque culpa *Lucianus* haud plane vacat.

TIB. HEMSTERHVSIVS in prolegom. notarum ad *Luciani Dial. Mortuor.* Edit. minor. Ad nostram certe aetatem nullum ingeniosi hominis moumentum, quod cum *Luciani Dialogis* possit comparari, peruenit.

IOH. MATTH. GESNERVS in *Epist. ad Reitzium.* IVPITER CONFUTATVS, et alter ille TRAGOEDVS multum mihi videntur ad euertendam superstitionem, et fidem Diis illis abrogandam contulisse. Referendi hi libelli ad *Apologias pro Religione Christiana*, in quantum harum princeps fere argumentum est, destruere superstitionem et cultum Deorum.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ

ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΔΙΑΛΟΓΟΙ

ΛΥΚΙΑΝΙ

ΣΑΜΟΣΑΤΕΝΣΙΣ

ΔΙΑΛΟΓΟΙ

bacche
icus in
regria
ae voi
d etiam
ni vero
Luciani
ev fer
Non
Dec agi
e vacit
prole
ortuor.
eratem
arum,
ompa-
st, ad
et
mihi
onem,
ulisse.
o Re-
prin-
re fu-

TO THE
HONORABLE
MEMBERS OF THE
HOUSE OF REPRESENTATIVES
IN SENATE
AND
IN HOUSE OF REPRESENTATIVES
OF THE
UNITED STATES

Περὶ τοῦ ἐνυπνίου

ἤτοι

Βίος Λουκιανοῦ

Αρτι μὲν ἐπεπαύμην εἰς τὰ διδασκαλεῖα
φοιτῶν, ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος 1) ὦν
ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μετὰ τῶν φίλων, ὅ,
τι καὶ διδάξαιτό με. Τοῖς πλείστοις ἐν ἔδοξε
παιδεῖα μὲν καὶ πόνος πολλᾶ, καὶ χρόνος μα-
κρᾶ, καὶ ὀκνήτης ἡ σμικρᾶς, καὶ τύχης δεῖ-
σθαι

De somnio,

seu,

Vita Luciani

Nuper admodum cum defissem in scholas
ventitare, iam pubertati proximus, tum
pater consilium inire cum amicis, quid me do-
ceret: plerisque igitur eruditio visa fuit et la-
bore multo, et longo tempore, et sumtu non
exiguo, et fortuna indigere splendida; reculas
autem

A 2

autem

1. Τὴν ἡλ. πρόσηβος] Idem est prope finem
huius scripti ἀντίπαις. Glossae: Πρόσηβος
proximus pubertati. Hemst.

σθα λαμπρᾶς· 2) τὰ δὲ ἡμέτερα μικρά τε εἶναι, καὶ ταχεῖάν τινά τὴν ἐπικρίαν ἀπαιτεῖν. Εἰ δέ τινά τέχνην τῶν βαναύσων 3) τέτων ἐκμάθοιμι, τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἂν αὐτὸς ἔχειν τὰ ἀρκούντα παρὰ τῆς τέχνης· καὶ μηκέτι οἰκόσιτος εἶναι, τηλικῶτος ὧν· ἔκ εἰς μὴρᾶν δὲ καὶ τὸν πατέρα εὐφρανεῖν, ἀποφέρων αἰεὶ τὸ γιγνόμενον. 4)

Δευτέ-

autem nostras tum tenues esse, tum promptum quoddam subsidium postulare: sin aliquam villium istarum artium, quae manu constant, edidicissem, primum me quidem ipsum statim inde habiturum, quo vitam tuear, neque amplius domi coenaturum (paternae mensae grauem) id aetatis: dein non diu fore, quin patrem sim hilaraturus, allato vsque, quod mihi natum erit mercedis.

2. Er-

2. Τύχης δ. λαμπρᾶς] Λαμπρὰν τύχην aliter hic intellige, quam λαμπρὰν ἔστιαν apud Alciphronem I, 38. p. 182. *opes splendidas et lautas*. Hemst.

3. Τέχνην τῶν βαναύσων] Generaliter pro qualibet mechanica. Bourd.

4. Τὸ γιγνόμενον] Quod mercedis ex opera locata nascitur. Hemst.

Δευτέρως ἂν σιδήσεως ἀρχὴν πρᾶτέθῃ, τίς ἀρίστη τῶν τεχνῶν, καὶ ῥάση ἐκμαθεῖν, καὶ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπασα, καὶ πράχειρον ἔχασα τὴν χορηγίαν, καὶ διαρκῆ τὸν πόρον. Ἄλλα τοίνυν ἄλλην ἐπαινῶντος, ὡς ἕκαστος γνώμης ἢ ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατήρ εἰς τὸν θεῖον ἀπιδῶν, (παρὴν γάρ ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος, ἀριστος) ἑρμογλύφος εἶναι δοκῶν, καὶ λιθοξόος δ) ἐν τοῖς μάλιστα εὐδόκιμος,) ἃ θέμις, εἶπεν, ἄλλην τέχνην

2. Ergo secundae deliberationis initium est propositum, quae optima sit artium, et ad ediscendum facillima, et homini libero conueniens, et expedito sumtu parabilis, et quaestu commodo: alio aliam commendante, ut cuiusque sensus aut experientia ferebat, pater ad auunculum conuersus (aderat enim maternus auunculus, qui optimus esse statuarius videretur, et poliendis lapidibus in primis laudatissimus) fas non est, inquit, aliam artem primas tenere, Te

A 3

prae-

5. Ἑρμογλύφος — καὶ λιθοξ.] Ἑρμογλύφος, qui statuas siue hermas fabricat ex quauis, ut ego putem, materia: λιθοξόος, qui e lapidibus id praestat. Iensf.

6. Ἐν τοῖς μαλ. εὐδ.] Graeci solent, imprimis Attici, ἐν τοῖς μάλα, μάλιστα, πάνυ, σφόδρα εὐδόκιμος, ἀριστος, ἀρχαῖος. vbi perspicuum est intelligi, ἐν τοῖς μάλα vel μάλιστα εὐδοκίμοις ἔσιν εὐδόκιμος. Hemstf.

νην ἐπικρατεῖν, σὲ παρόντος· ἀλλὰ τῆτον
 ἄγε, δείξας ἐμὲ, καὶ δίδασκῃ παραλαβὼν λί-
 θὼν ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι, καὶ συναρμοσὴν,
 καὶ ἐρμογλυφέα· δύναται γὰρ καὶ τῆτο, Φύ-
 σεώς γε, ὡς οἶσθα, ἔχων δεξιῶς· ἐτεκμαίρε-
 το δὲ ταῖς ἐκ τῆ κηρῆ παιδιαῖς. ἐπὶ τῷ γὰρ
 ἀφεθείην ὑπὸ τῶν διδασκάλων, ἀπαξέων αὖ
 τὸν κηρὸν, ἢ βόας, ἢ ἵππους, ἢ καὶ νῆ Δί' ἀν-
 δρώπας ἀνέπλαττον, εἰκότως, 7) ὡς ἐδύκεν τῷ
 πατρί· ἐφ' οἷς παρὰ μὲν τῶν διδασκάλων πλη-
 γὰς ἐλάμβανον· τότε δὲ ἑπαινωσ εἰς τὴν εὐ-
 Φύϊαν καὶ ταῦτα ἦν· καὶ χρηστὰς εἶχον ἐπ' ἐμοῖ
 τὰς

praesente: quin Tu illum ducito, me demon-
 strans, tuamque in curam receptum effice lapi-
 dum artificem bonum, et cōagmentatorem, ac
 statuarium: potest enim, idque ingenio prae-
 ditus, ut hōsti, dextro. Scilicet argumentum
 capiebat ab istis e cera ludicris: nam dimissus a
 magistris, derasa cera, boues aut equos, aut,
 ita me Iupiter amet, hominēs effingebam, sci-
 tulle, ut videbar patri: ob quae quidem a ma-
 gistris vapulabam; at tunc ad ingenii felicis lau-
 dem et ista quoque pertinebant: quare bonate-
 neban-

7. Εἰκότως] *Ad veram imaginem*, Πρὸς τὴν
 εἰκόνα. *Bourd.*

τάς ἐλπίδας, ὡς ἐκ βραχεῖ μαθήσομαι τὴν τέχνην, ἀπ' ἐκείνης γε τῆς πλαστικῆς.

"Ἄμα τε ἔν ἐπιτήδειος ἔδουκε ἡμέρα τέχνης ἐνάρχεσθαι, καὶ γὰρ παρεδεδομένη τῷ θεῷ, μὰ τὸν Δί' ἔ σφόδρα τῷ πράγματι ἀχθόμενος· ἀλλὰ μοι καὶ παιδιάν τινα ἐκ ἀτερπῆ ἔδουκε ἔχειν, καὶ πρὸς τὰς ἡλικιώτας ἐπιδείξιν, εἰ φανείη θεῷ τε καὶ ἀνθρώποις, καὶ ἀγαλματῶν τινα μικρὰ κατασκευάζων ἐμαυτῷ τε, καὶ μίμοις, οἷς προηρέμην. Καὶ τότε πρῶτον ἐκεῖνο καὶ σύνηδες τοῖς ἀρχομένοις ἐγένετο· ἐγχοπέα γάρ τινα μοι δὲς ὁ θεῖος, ἐκέλευσέ μοι ἥρέμα καθίσθαι πλατὺς ἐν μέσῳ κειμένης, ἐπειπὼν τὸ καινόν, Ἀρχὴ δέ τοι ἡμισυ παντός· Σιλη-
ρότε-

nebantur de me spe fore, vt breuī artem discerem, idque ex ista fingendi dexteritate.

3. Simul igitur atque idonea videbatur dies arti auspicandae, committebar auunculo, rem hand sane quam valde grauatus: quin et ludum quendam non iniucundum mihi videbatur habere, et ad aequales ostentationem, si Deos sculperem, et simulacra quaedam parua concinnarem mihi met ipse, et quibus vellem. Tum primum illud, et quod solet incipientibus, contigit: scalpro mihi dato auunculus iussit leniter perstringere tabulam in medio iacentem, addens vulgatum illud, *Dimidium facti, qui coepit*, habere me vero durius impingente prae-

ρότερον δὲ κατενεγνόντος ὑπ' ἀπειρίας, κατεά-
γη μὲν ἡ πλάξ· ὁ δὲ ἀγανακτήσας, σκυτάλην
τινὰ κειμένην πλησίον λαβὼν, εἰ. πρῶτος, εἰδὲ
προτρεπτικῶς μὲ κατήρξατο, 8) ὥς εἰ δ' ἀκρῶς μοι
τὰ προοίμια τῆς τέχνης. 9)

Ἀπο-

imperitia, confRACTA est tabula: ille indignatus,
scutica, quae sub manu erat, capta, haud pla-
tide, neque adhortantis more me initiauit, sic
et lacrimae mihi prooemium essent artis.

4. Hinc

8. Κατήρξατο] Vt hic locus recte intelliga-
tur, vocis κατέρχομαι sensus adstruendus
est, quem lexica non satis diserte notarunt.
De ritibus proprie vsurpatur, qui victimae
mactationem antecedunt. Hic idem valet;
quod προτέλεια Μισθ. c. 14. du Soul.

9. Τὰ πρ. τῆς τέχνης] Eleganter in hac
voce transferenda Graeci luxuriant, prae-
sertim recentiores. In *Sophili* fabula *Phy-
larcho* apud *Athen.* III. p. 100. A. parasitus;
dum prima mensae fercula imponuntur,
bene sibi fore ominatur, τὰ προοίμια, in-
quiens, ὀρώ. Praeterea *Lucianus*, vt ar-
bitror, solennem huius vocis in sacris vsu
spectauit; eoque magis, quod praecedat in-
didem petiit κατήρξατο· nam προοίμια
sunt praeludia hymnorum, qui victimis in
aram impositis decantabantur. *Hemst.*

Ἀποδράς ἂν ἐπαῖθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀφηνᾶ-
μαι, συνεχές ἀνολούζων, 10) καὶ δακρύων τὰς
ὀφθαλμὰς ὑπόπλεως· καὶ διηγᾶμαι τὴν σκυ-
τάλην, καὶ τὰς μύλωπας ἐδείκνυον. καὶ κατη-
γόρεον πολλὴν τινα ὠμότητα, προσθεῖς, ὅτι
ὑπὸ φθόνης ταῦτα ἔδρασε, μὴ αὐτὸν ὑπερβα-
λωμαι κατὰ τὴν τέχνην. Ἀγανακτησησάμενης δὲ
τῆς μητρὸς, καὶ πολλὰ τῷ ἀδελφῷ λοιδόρησα-
μένης,

4. Hinc ergo me domum proripio, crebros
singultus ducens, lacrimisque oculos oppletus:
commemoro scuticam, vinctibusque ostensis, et
incusata multa quadam (aunuculi) crudelitate,
adieci, haec illum ex invidia fecisse, (metuen-
tem) ne arte se superarem. Indigne ferens
mater quum multa fratri dixisset conuicia, ego

A 5

primis

10. Ἀνολούζων] Vtra lectio palmam merea-
tur, haec an ἀναλύζων, diiudicare prom-
tum non est. Olim de faustis acclamatio-
nibus et ululatibus, quos mulieres ad sacra
vel furore diuino percitae ingeminabant,
ὀλολύζειν, ὀλόλυγμαν, et ὀλολυγὴν proprie
posuerunt. certe, nisi in rebus laetis, ὀλο-
λύζειν apud veteres vix reperiatur usurpatum.
attamen ad fletus et lamentationem tradu-
cta sunt a posterioribus haec vocabula. Ne-
que tamen diffiteor praefendum mihi vi-
deri ἀναλύζων, propter illud συνεχές, cre-
bros singultus ducens. Hemst.

μίνης, ἐπεὶ νύξ ἐπῆλθε, κατέδαξαν ἔτι ἐνδακρυς, καὶ τὴν νύχθ' ὅλην ἐννοῶν.

Μέχρι μὲν δὴ τέτων γελάσιμα, καὶ μαιώδη κιώδη τὰ εἰρημένα· τὰ μετὰ ταῦτα δὲ ἔκτι εὐκταφρόνητα, αἱ ἄνδρες, ἀκούσεσθε, ἀλλὰ καὶ πάνυ Φιληλόων ἀκροατῶν δεόμενα· ἵνα γὰρ καθ' Ὅμηρον εἴπω, Θεὸς μοι ἐνυπνιὸν ἦλθεν ὄνειρος, Ἀμβροσίην διὰ νύκτα, ἐναργὲς ἔτως, ὥς μὴδὲν ἀπολείπεσθαι τῆς ἀληθείας· ἔτι γὰρ καὶ μετὰ τοῦτο χρόνον τότε σχήματά μοι τῶν φανέντων ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παραμένει, καὶ ἡ Φωνὴ τῶν ἀκούσέντων ἐνχυλός· ἔτω σαφῆ πάντα ἦν.

Δύο

primis tenebris obdormiui adhuc in lacrimis, totamque noctem cogitabundus.

5. Haecenus quidem, quae dixi, ridicula sunt et puerilia: quae vero deinceps consequuntur, non iam contemptu digna, o viri, accipietis, sed talia, quae valde diligentes auditores requirant: ut enim cum Homero dicam, Divinum mihi secundum quietem venit insomnium aliam per noctem, tam clarum, ut nihil abesset a veritate: quare post tantum tempus species rerum visarum in oculis usque inhaeret, et sonus auditorum auribus insonat; tam erant omnia manifesta.

6. Duae

Δύο γυναῖκες λαβόμεναι ταῖν χερσὶν εἰληκόν-
 μες πρὸς ἑαυτὴν ἑκατέρα μάλα βιαίως καὶ παρ-
 τερώς· μικρὲν γέν' με διεσπάρσαντο πρὸς ἀλλή-
 λας φιλοτιμύμεναι· καὶ γὰρ ἄρτι μὲν ἂν ἡ ἑ-
 τέρα ἐπεκράτει, καὶ παρὰ μικρόν ὅλον εἶχε με·
 ἄρτι δὲ ἂν αὖθις ὑπὸ τῆς ἐτέρας εἰχόμεν. ἐ-
 βίων δὲ πρὸς ἀλλήλας ἑκατέρα, ἡ μὲν, ὡς αὐ-
 τῆς ὄντα με κεντῆσθαι βέλαιτο· ἡ δὲ, ὡς μά-
 την τῶν ἀλλοτρίων ἀντιποιοῖτο. ἦν δὲ ἡ μὲν
 ἐργατικὴ, καὶ ἀνδρική, καὶ αὐχμηρὰ τήνκούμην,
 τῷ χεῖρι τύλων ἀνάπλωσς, διεζωσμένη τὴν
 ἐσθῆτα, τιτάνη καταγέμεσσα, οἷος ἦν ὁ θεῖος,
 ὁπότε ἕξοι τὰς λίθους· ἡ ἑτέρα δὲ μάλα εὐ-
 πρόσωπος, καὶ τὸ σχῆμα εὐπρεπὴς, καὶ κόσ-
 μιος τὴν ἀναβολὴν. τέλος δ' ἂν ἐφίᾳσί μοι δι-
 κάσειν,

6. Duae mulieres prehensis manibus me utra-
 que ad se trahabant vehementer sane et valide,
 sic ut parum abesset, quin me discerperent illo
 mutuo contendendi studio: namque modo haec
 superior pene me totum habebat, modo rursus
 ab altera tenebar: interea vociferabantur inui-
 cem ambae; haec, eam me suum possidere vel-
 le: illa, frustra res alienas istam sibi vindicare.
 Erat autem una operaria, virilis, squallida coma,
 manibus callo plenis, succincta vestem, calce
 referta, qualis erat aurunculus, quum poliret la-
 pides: altera vero facie valde formosa, habitu
 decora, atque eleganti vestitu. Tandem ergo
 mihi

κάζειν, ὅπατέρω βυλοίμην συνέιναι αὐτῶν. προ-
τέρω δὲ ἡ σκληρὰ ἐκείνη καὶ ἀνδρώδης ἔλαξεν.

Ἐγώ, Φίλε παῖ, Ἑρμογλυφικὴ τέχνη εἰμὶ·
ἦν χθὲς ἤρξω μανθάνειν, οἰκεία τέ σοι καὶ συγ-
γενὴς οἰκοθεν· ὃ, τε γὰρ πάππός σε, εἰπῶσα
τένομα τῷ μητροπάτορος, λιθοξόος ἦν, καὶ τῷ
θεῷ ἀμφοτέρω καὶ μάλα εὐδοκίμητον δι' ἡμᾶς.
εἰ δὲ θέλοις λήρων μὲν καὶ Φληνάφων τῶν πα-
ρὰ ταύτης ἀπέχεσθαι, δείξασα τὴν ἑτέραν,
ἔπεσθαι δὲ καὶ συνοικεῖν ἐμοί, πρῶτα μὲν θρέ-
ψῃ γεννικῶς II), καὶ τὰς ἄλλας ἕξεις καρτερὰς,
Φθό-

mihī permittunt arbitrari, vtri malim adesse.
Prior autem inculta illa et virilis sic est locuta:

Ego, care puer, ars sum Statuaria, quam he-
ri coepisti discere, et domestica tibi et cognata
genere: etenim et avus tuus, (matris ipso no-
mine patrem appellabat,) lapidum erat scul-
ptor, et auunculi vtrique magnam sunt adepti
laudem ex nobis: siquidem optes nugis et quis-
quiliis, quas illa praebebat, abstinere (monstra-
bat alteram) et me sectari mecumque degere,
primum tu quidem aleris firmo cibo, et hume-
ros

II. Θρέψῃ γεννικῶς] Male verterunt: genero-
se educaberis: hoc voluit Lucianus: aleris
firmo cibo, vnde validos humeros laborique
aptos nanciscaris: nam delicatae dapes, quibus
isti nutriuntur, robur corporis ener-
vant.

Φθόνῳ δὲ παντὸς ἀλλότριος ἔση, καὶ ἔποτε
ἔπει 12) ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπὴν, τὴν πατρίδα καὶ
τὰς οὐκείας καταλιπὼν· ἔδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπαι-
νεύονται σε πάντες.

Μὴ μυσχευθῇς δὲ τοῦ σώματος τὸ εὐτε-
λές 13), μηδὲ τῆς ἐσθῆτος τὸ πιναρόν· ἀπὸ
γὰρ

ros habebis robustos; ab omni autem invidia
eris alienus, neque unquam abibis in peregri-
nas regiones, patria familiaribusque relicta:
nec te sane ob declamatiunculas laudabunt cuncti.

8. Caue autem, fastidiueris habitus vilitatem,
aut illud vestimenti sordidum: a talibus enim
initiis

vant. Porro Atticorum est θρέψη pro τρα-
φήση. Hemst.

12. Ἄπει] Attico more pro ἀπελεύση. Hemst.

13. Τὸ σώματος τὸ εὐτ.] Imo verò σχήμα-
τος, *vestis ornatus*: nemini enim suum ipsius
corpus vile est. Verrendum ergo; *ne ab-
horreas a vili ornatu*, aut, *a sorde vestium*.
Cleric.

Τὸ σώμ. τὸ εὐτ.] Subscribo I. Clerico: quem-
admodum iungitur hic τῆς ἐσθῆτος τὸ πι-
ναρόν, eodem modo paulo ante σχῆμα et
ἀναβολή· tum c. 13. quod emendationi
probandae solum sufficit, χιτῶνιν πιναρόν
καὶ σχῆμα δειλοπρεπές· quod quid est aliud
quam τὸ σχήματος τὸ εὐτελές; Σχῆμα
vero corporis habitus, qui, si liberalis, in-
genium

γὰρ τῶν τοιούτων ὀρμώμενος καὶ Φειδίας ἐκεῖνος
 ἔδειξε τὸν Δία (14), καὶ Πολύκλειτος τὴν Ἥραν (15)
 εἰργάσατο, καὶ Μύρων ἐπηνέθη, καὶ Πραξιτέ-
 λης ἐθαυμάσθη· προσκυνῶνται γὰρ ἔτι μετὰ
 τῶν θεῶν. εἰ δὴ τέτων εἰς γένοιο, πῶς μὲν
 ἂ κλεινὸς αὐτὸς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις γένοιο;
 ζηλωτὸν δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀποδείξεις, περι-
 βλέπτον δὲ ἀποφανεῖς καὶ τὴν πατρίδα. ταῦ-
 τα καὶ ἔτι τέτων πλείονα διαπταίεσθαι, καὶ
 βαρβα-

initiis profectus etiam Phidias ille Iouem exhi-
 buit, et Polycletus Iunonem effinxit, et My-
 ron in laude, et Praxiteles in admiratione fue-
 runt: hi nunc propterea cum Diis adorantur.
 Iam si tu vnus eorum fias, qui potest fieri, quin
 celebris apud omnes homines ipse habere?
 imo patrem efficies, vt beatus praedicetur te
 filio, patriamque insuper reddes illustrem.
 Ista, atque istis itidem plura titubans et vsque-
 quaque

genium bene natum prodit; si vilis et in-
 decorus, turpe atque abiectum. *Hemst.*

14. Ἐδειξε τὸν Δία] Cape: tantam simula-
 ebro dignitatem addidit, vt Iouem ipsum mor-
 talibus ostendisse videretur. Δεικνύου πῆcto-
 rum est, fictorumue, qui expressissima si-
 militudine imagines animant: *Hemst.*

Τὸν Δία] Iouis Olympii statuam, quae
 inter VII. orbis miracula habita est. *du Soul.*

15. Τὴν Ἥραν] Argiuam. *Bourd.*

βαρβαρίζουσα πάντοθεν, εἶπεν ἡ Τέχνη, μά-
λα δὴ σπευδὴ συνείρεσσα, καὶ πείθειν με περ-
ρωμένη· ἄλλ' ἐκέτε μὲννημα· τὰ πλεῖστα γὰρ
ἤδη με τὴν μνήμην διέφυγεν. ἐπεὶ δ' ἔν ἐπαύ-
σατο, ἀρχεται ἡ ἑτέρα ὧδε πῶς·

Ἐγὼ δέ, ὦ τέκνον, Παιδεία εἰμὶ ἤδη συνή-
θης σοί, καὶ γνωρίμη, εἰ καὶ μηδέπω εἰς τέλος
με πεπείρασαι. ἡλικία μὲν ἔν τὰ ἀγαθὰ ποριῇ
λιθοξόος γενόμενος, αὐτὴ προείρηκεν· ἔδεν γάρ
ὅτι μὴ ἐργάτης ἔσῃ, τῷ σώματι πονῶν, καὶ
τέτω τὴν ἅπασαν ἐλπίδα τῷ βίᾳ τεθειμένος,
ἀφ᾽ ἧς μὲν αὐτὸς ὢν, ὀλίγα καὶ ἀγεννῇ λαμ-
βάνων, ταπεινὸς τὴν γνώμην, εὐτελής δὲ τὴν
πρόσδον,

quaque barbare locuta dixit statuaria, perquam
sane sedulo composita, ut quae mihi persuadere
conaretur: sed non amplius recordor: nam plu-
rima iam quidem memoriam effugerunt. Post-
quam igitur desit, infit altera hunc fere in
modum:

9. Ego, fili, Eruditio sum, iam tibi familia-
ris et nota, etsi necdum ad finem usque me
pertentaeris. Quanta quidem tu bona sis con-
secuturus, si statuarius fias, ista praedixit: ni-
hil utique nisi operarius eris, corpus labori im-
pendens, in eoque spem vitae omnem habens
repositam; dum ipse sis obscurus, parvam eam-
que illiberalem accipias mercedem, humilis ani-
mo, vilisque prodeas et incomitatus in publi-
cum

πρέσβον, ἔτε φίλοις ἐπιδικάσιμος 16), ἔτε
 ἐχθροῖς φοβερός, ἔτε τοῖς πολίταις ζηλωτός·
 ἀλλ' αὐτὸ μόνον ἐργάτης, καὶ τῶν ἐκ τῆ πολ-
 λῆ δῆμα εἷς, ἀεὶ τὸν πρέχοντα ὑποπτήσων,
 καὶ τὸν λέγειν δυνάμενον θεραπεύων, λαγῶ
 βίον (ζῶν 17), καὶ τῆ κρείττονος ἔρμαιον ὦν. εἰ δὲ
 καὶ Φειδίας, ἢ Πολύκλειτος γένοιο, καὶ Θου-
 μασιὰ πολλὰ ἐξεργάσαιο, τὴν μὲν τέχνην ἀ-
 παντες ἐπαινέσονται, ἐκ ἑστὶ δὲ ὅσις τῶν ἰδόν-
 των, εἰ νῦν ἔχοι, εὐξαιτ' ἄν σοι ὁμοίος γένε-
 σθαι

cum, neque amicis utilis aduocatus, nec inimi-
 cis metuendus, nec quem tui ciues aemulen-
 tur; sed ipsum illud operarius, unusque e ple-
 be multa, qui semper praestantiorum reueren-
 tur, dicendo promptum colat, leporis vitam vi-
 uens, potentiorisque praeda facilis. Fac au-
 tem te Phidiam aut Polycletum fieri, multaque
 admiranda affabre perficere, artem cuncti lau-
 dabunt; at nullus eorum, qui spectant, siqui-
 dem sapiat, optet se tibi similem esse: qualis-
 cum-

16. Ἐπιδικάσιμος] Optime me iudice, *L. Fr.*
Gronovius, amicis aduocatus. Hemst.

17. Λαγῶ βίον ζῶν] Ad eos spectat, qui
 aliis obnoxii et humiles in perpetuo timo-
 re viuunt, nec suis se opibus et virtute ab
 alieno nutu pendentes tutari possunt; quor-
 sum etiam refertur elegans illud, τῆ κρείτ-
 τονος ἔρμαιον ὦν. *Hemst.*

σθα· οἷος γὰρ ἂν ᾗς, βάνανσος, καὶ χειρώ-
ναξ, καὶ ἀποχειροβίωτος νομισθήσῃ.

Ἦν δέ μοι πείθῃ, πρῶτον μὲν σοι πολλὰ
ἐπιδείξω παλαιῶν ἀνδρῶν ἔργα, καὶ πράξεις
θαυμασὰς, καὶ λόγους αὐτῶν ἀπαγγέλλωσα, καὶ
πάντων, ὡς εἰπεῖν, ἔμπειρον ἀποφαίνοσα· καὶ
τὴν ψυχὴν, ὅπῃ σοι κυριώτατόν ἐστι, κατα-
κοσμήσω πολλοῖς καὶ ἀγαθοῖς κοσμήμασι, σω-
φροσύνῃ, δικαιοσύνῃ, εὐσεβείᾳ, πραότητι,
ἐπιεικείᾳ, συνέσει, καρτερίᾳ, τῷ τῶν καλῶν
ἔρωτι, τῇ πρὸς τὰ σεμνότατα ὀρμῇ· ταῦτα
γάρ ἐστιν ὁ πᾶς ψυχῆς ἀκήρατος ὡς ἀληθῶς κό-
σμος· λήσει δέ σε ἄτε παλαιὸν ἔδεν, ἔτε νῦν
γενέσθαι δέον, ἀλλὰ καὶ τὰ δέοντα προύψει
μετ’

cumque enim fueris, vilis artifex mercenarius-
que et manibus vitari quaerens habebere.

10. Quod si mihi morem geras, primum
equidem tibi multa ostendam veterum virorum
acta, resque gestas admirabiles, dum eorum
scripta tibi recito, atque omnium, ut plane di-
cam, te peritum reddo. Quin et animum, quae
tui pars est primaria, excolam multis bonisque
ornamentis, temperantia, iustitia, pietate, pla-
ciditate, aequitate, prudentia, constantia, ho-
nesti amore, acri denique praestantissimarum
rerum studio; ista enim vere sunt sincera mentis
decora. Praeteribit autem te nec vetustum quic-
quam, nec quod nunc fieri expedit: quoniam et futura

μετ' ἐμῶ· καὶ ὅλως, ἅπαντα, ὅποσα ἐς τὰτε-
θεῖα, τὰτε ἀνθρώπινα, ἐκ εἰς μακρὰν σε δι-
δάξομαι.

Καὶ ὁ νῦν πένης ὁ τῷ δαίμονι, ὁ βουλευσάμενός
τι 18) περὶ ἀγεννῆς ἔτῳ τέχνης, μετ' ὀλίγον
ἅπασιν ζηλωτὸς καὶ ἐπίφθονος ἔσῃ; τιμώμενος
καὶ ἐπαινέμενος, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις εὐδοκι-
μῶν, καὶ ὑπὸ τῶν γένει καὶ πλῆτῳ πρεχόντων
ἐποβλεπόμενος, ἐσθῆτα μὲν ταιαύτην ἀμπε-
χόμενος, (δείξασα τὴν ἑαυτῆς· πάντῃ δὲ λαμ-
πρὰν

prospicies tecum; et in vniuersum quicquid
est rerum diuinarum humanarumque non diu
erit, quod te docebo.

11. Tum qui nunc pauper audis, et istius, cu-
ius nomen vix constat, filius, qui deliberas ad-
hucdum de tam ignobili arte, paulo post omni-
bus eris aemulationi et inuidendus: honores lau-
demque consequeris, ob rerum optimarum cul-
tum insignis, quique genere ac diuitiis excel-
lunt te suspicient: porro tali veste, (sua, quam
splen-

18. Ὁ βουλευσ. τι] Litera detrita est: lege
ὁ βουλευσάμενος ἔτι, quod sententiam mul-
tum ornat: Tu qui adhuc deliberas, neque
vtram sectari velis decreuisti: haecenus enim
auditor tantum Lucianus, Ὁ τῷ δαίμονι, fi-
lius hominis ignoti, nullaue te praeclara
commendabilis. Hemst.

πρὸν ἐφόρει) ἀρχῆς δὲ καὶ προεδρίας ἀξιέμε-
νος. καὶ πρὸ ἀποδημίας, εἰς ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς
ἀγνῶς εἰς ἀφανὲς ἔσῃ· τοιαῦτά σοι περιθήσων
τὰ γνωρίσματα, ὥς τῶν ὀρεῶντων ἕκαστος τὸν
πλησίον κινήσας δείξει σε τῷ δακτύλῳ, ΟΥ-
ΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ, λέγων.

Ἄν δέ τι σπαρδῆς ἀξίον ᾗ, καὶ τὰς Φίλας ἡ
καὶ τὴν πόλιν ἑλὼν καταλαμβάνῃ 19), εἰς σὲ
πάντες ἀποβλέψονται· καὶ πρὸς τὴν λέγων τύχης
καὶ χηρότεροι οἱ πολλοὶ ἀκέσονται, θαυμάζοντες,
καὶ εὐδαιμονίζοντες σε τῶν λόγων τῆς δυνάμεως,

καὶ
splendidissimam gerebat, ostentata,) amictus,
magistratu primaeque sedis honore dignus habe-
beris: si quo peregre proficiscaris, ne in exte-
ra quidem regione ignotus eris obscurusue:
eiusmodi tibi circumdabo insignia, ut viden-
tium unusquisque proximum impellat, teque
digito designans, *Hic ille est*, aiat.

12. Si quid autem maioris momenti aut ami-
cos, aut civitatem etiam uniuersam occuparit,
ad te cuncti respicient: dixeris aliquando pu-
blice, a tuo dicentis ore plerique pendebunt
auditores admirabundi, et gratulabuntur tum
tibi disertae orationis potentiam, tum patri

B 2

prolis

19. Καταλαμβάνῃ] In malam partem vsur-
pant Graeci de periculis et casibus, qui in-
opinati repentino impetu superueniunt
Hemst.

καὶ τὸν πατέρα τῆς εὐποτμίας. ὁ δὲ λέγῃσιν,
 ὡς ἄρα ἀθάνατοι γίνονται τινες ἐξ ἀνθρώπων,
 τῷτό σοι περιποιήσω. καὶ γὰρ ἦν αὐτὸς ἐκ τῆς
 βίης ἀπέλθης, ἔποτε παύσῃ συνὼν τοῖς πεπαι-
 δευμένοις, προσομιλῶν τοῖς ἀρίστοις. ὅρῳς τὸν
 Δημοσθένην ἐκεῖνον, τίνος υἱὸν ὄντα ἐγὼ ἡλί-
 κον ἐποίησα; ὅρῳς τὸν Αἰσχίνην, ἐς τυμπανι-
 στρίας υἱὸς ἦν; ἀλλ' ὅμως αὐτὸν δι' ἐμὲ Φίλιπ-
 πος ἐθεράπευσεν. ὁ δὲ Σωκράτης, 20) καὶ
 αὐτὸς

prolis felicitatem. Quod autem ferunt immor-
 tales fieri quosdam ex mortalibus, id tibi con-
 ciliabo: etenim quum e vita discesseris, non ru-
 desines vnquam adesse doctis, et consuetudi-
 nem habere cum optimis. Viden Demosthe-
 nem illum, quo patrē natum, ego quantum
 reddiderim? viden Aeschinem, qui piatricis
 tympanum pulsantis erat filius? et tamen ipsum
 propter me Philippus coluit. Socrates autem
 et

20. Σωκράτης] Phaenareta obstetrix, pri-
 mum, vt quidem videtur, Sophronisco mar-
 morario nupta Socratem; deinde Chaere-
 demo Patroclelem peperit. vterque statua-
 riam artem didicerunt. Ceterum qua re
 λιθοξόοι differant et ἑρμογλύφοι, quo-
 niam Viri Docti non satis enucleate defi-
 niunt, paucis exponendum videtur. Ἑρ-
 μογλύφος proprie, qui statuas Mercuriales
 sive Ἑρμᾶς sculpsit. Ab hoc principio deinceps

αὐτὸς ὑπὸ τῇ ἑρμογλυφικῇ ταύτῃ τραφεῖς,
ἐπειδὴ τάχιστα συνῆκε τῷ κρεῖττονος, καὶ δρα-
πετεύσας παρ' αὐτῆς ἡυτομόλησεν ὡς ἐμὲ, ἀ-
κῆεις ὡς παρὰ πάντων ἄδεσται;

Ἄφεις δὲ αὐτὰς τηλικύτας καὶ τοιάτας ἄν-
δρας, καὶ πράξεις λαμπράς, καὶ λόγους σεμνὰς,
καὶ σχῆμα εὐπρεπές, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν,
καὶ

et ipse sub ista Statuaria nutritus, simul atque
meliora percepit, illaque deferra transfugit ad
me, audis, ut ab omnibus celebretur?

. 13. His tu missis tantis talibusque viris, re-
bus splendidis, sermonibus sapientissimis, habi-
tu decoro, honore, gloria, laude, principe

B 3

confi-

ceps in latiore significandi ditionem, quae
statuariam artem vniuersam complecteba-
tur, ea vox peruenit: hinc ἑρμογλυφεῖα,
statuariae officinae. Verum λιθοξόος, qui
lapides et marmora radendo polit, ut apte
coagmentari possint: id enim ξεῖν λίθους
c. 5. Horum itaque munus praecipuum
non erat statuas perficere, sed marmora
lapidesque expolire: nec tamen non sae-
pissime contigit, ut, quia utraque ars in
eadem versabatur materia, vnus homo
utramque exerceret; quod in auunculo Lu-
ciani clarum est: idcirco minime miran-
dum, si ad statuarios vocabulum hoc saepif-
sime pertineat. Hemst.

καὶ ἔπαινον, καὶ προεδρίας, καὶ δύναμιν, καὶ
 αρχάς, καὶ τὸ ἐπὶ λόγοις εὐδοκίμεῖν, καὶ τὸ
 ἐπὶ συνέσει εὐδαιμονίζεσθαι, χιτῶνίν τε πι-
 ναρὸν ἐνδύσει, καὶ σχῆμα δακτυλιπρὸς ἀναλήψῃ,
 καὶ μοχλίζ, καὶ γλυφεῖα, καὶ κοπέας, καὶ κο-
 λαπτῆρας ἐν ταῖν χερσὶν ἔξεις, κάτω νενευκῶς
 εἰς τὸ ἔργον, χαμαιπετῆς, καὶ χαμαιζήλος, καὶ
 πάντα τρέπον ταπεινός· ἀνακύπτων 21) δὲ ἐ-
 δέποτε, ἃ δὲ ἀνδρῶδες, ἃ δὲ ἐλευθέριον ἔχεν
 ἐπινοῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα ὅπως εὐρυθμα καὶ
 εὐσχῆ-

confidendi loco, opibus, dignitate, facundae
 orationis fama, publica prudentiae gratulatione,
 tuniculam indues sordidam, et habitum susci-
 pies servilem, vesticulos, caela, malleolos, scal-
 pra in manibus habebis, vultu ad opus prono,
 humilis et humilia condescens, omnemque in
 modum abiectus: nunquam tu rectum caput
 efferes, virile nihil, nihil liberale cogitabis;
 sed opera quomodo tibi concinna et elegantia proce-

21. Ἀνακύπτων] Ἀνακύπτειν *emergere et re-
 cto capite sese erigere*, quod animi genero-
 sioris est indignam se conditionem aspernan-
 tis: hoc ipsum postulant ταπεινός, ac ce-
 tera quae praecedunt. Adhibuit ea verba
Lucianus hoc in loco, quae utramque vim
 propriam et translatam venuste contineant.
Hemst.

εὐσχήμονα ἔσθαι σοι προναῶν, ἔπως δὲ αὐτὸς
εὐρυθύμος τε καὶ κόσμιος ἔσῃ, ἤκιστα πεφροντι-
κῶς, ἀλλ' ἀτιμότερον ποιῶν σεαυτὸν λίθων.

Ταῦτα ἔτι λεγέσσης αὐτῆς, ἡ περιμείνας ἐγὼ
τὸ τέλος τῶν λόγων, ἀνασὰς ἀπεφηνάμην·
καὶ τὴν ἄμορφον ἐκείνην καὶ ἐργατικὴν ἀπολι-
πὼν, μετέβαινον πρὸς τὴν Παιδείαν μάλα γε-
γηθώς· καὶ μάλιστα ἐπεὶ μοι καὶ εἰς νῦν ἤλθεν
ἡ σκυτάλη, καὶ ὅτι πληγὰς εὐθύς ἔκ ἐλίγας
ἀρχομένῳ μοι χθὲς ἐνετρίψατο. ἡ δὲ ἀπο-
λειφθεῖσα τὸ μὲν πρῶτον ἡγανάκτει, καὶ τῷ
χεῖρε συνεκρότει, καὶ τὰς ὀδόντας ἐνέπριε· τέ-
λος δὲ, ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀκρόμεν, ἐπεπήγει,
καὶ εἰς λίθον μετεβέβλητο. εἰ δὲ παράδοξα
ἔπαθε,

procedant, providebis; vt ipse sis concinnus
et honestis moribus ornatus, minime curabis,
sed lapidibus te viliozem reddes.

14. Haec quum adhuc diceret, ego, non
expectato sermonum fine, surgens litem decreui:
mox illa deformi atque operaria spreta, confe-
rebam me ad Eruditionem valde laetus: maxi-
me quandoquidem in mentem mihi venit scu-
tica, et plagae statim non paucas inchoanti mi-
hi hesterno die fuisse impositas. Illa deserta
primum indignabatur manibus complofis, et
dentes infrendens: tandem, quomodo Nioben
audimus, fixa dirigit, inque lapidem fuit
versa. Si vero palla videatur incredibilia,

ἔπαθε, μὴ ἀπισήσητε· θαυματοποιοὶ γὰρ οἱ
ὄνειροι.

Ἡ ἐτέρα δὲ πρὸς με ἀπιδῶσα, τοιγαρὲν ἀ-
μείψομαί σε, ἔφη, τῆς δὲ τῆς δικαιοσύνης,
ὅτι καλῶς τὴν δίκην ἐδίκασας. καὶ ἐλθέ ἤδη,
ἐπίβηθι τάτῃ τῷ ὀχήματι, (δείξασά τι ὄχη-
μα ὑποπτέρων ἵππων τινῶν, τῷ Πηγάσῳ βοι-
κότων) ὅπως ἴδῃς οἶα καὶ ἡλικία μὴ ἀκολαθή-
σας ἑμοὶ ἀγνοήσῃν ἐμελλες. ἐπεὶ δὲ ἀνῆλθον,
ἡ μὲν ἤλαυνε, καὶ ὑφηνιόχαι· ἀρθεῖς δὲ εἰς ὕ-
ψος ἐγὼ ἐπεσκόπων, ἀπὸ τῆς ἑω ἀρχάμενος ἄχρι
πρὸς ἐσπέραν, πόλεις, καὶ ἔθνη, καὶ δῆμους, καθά-
περ ὁ Τριπτόλεμος ἀποσπείρων τι εἰς τὴν γῆν.
ἔκτετι μὲν τοι μέμνημα ὅ, τι τὸ σπειρόμενον
ἐκείνο

ne tamen non credatis; miras enim somnia prae-
stigias obiiiciunt.

15. Tum altera, quum ad me respexisset, at
ego iam, inquit, tibi vices rependam causae iu-
stissime diiudicatae: age ergo, inscende in hunc
currum (currum aliquem ostendebat equorum
alatorum, Pegaso similitum) ut perspicias qualia
et quanta, si te mihi non dedisses, ignoraturus
fueras. Simul autem adscendi, agitabat illa et
moderabatur: atque ego in altum euectus con-
templabar, ab Aurora cursu instituto ad Occi-
dentem usque, vrbes, gentes, populosque, qua-
si Triptolemus seminis quiddam in terram pro-
iiciens: quanquam haud sane memini, quale-
nam

ἐκείνο ἦν· πλὴν τῷτο μόνον, ὅτι κάτωθεν ἀφορῶντες οἱ ἄνθρωποι, ἐπῆνεν, καὶ μετ' εὐφημίας, καθ' ἃς γενοίμην τῇ πτήσει, παρέμπον.

Δείξασα δέ μοι τὰ τοσαῦτα, καὶ με τοῖς ἐπαινῶσιν ἐκείνοις, ἐπαινῆγαγεν αὖθις, ἔκτετι τὴν αὐτὴν ἐσθῆτα ἐκείνην ἐνδεδυκότα, ἣν εἶχον ἀφιπτάμενος· ἀλλ' ἐμοὶ ἐδόκην εὐπάρυφός τις ἐπαινῆκειν. καταλαβῶσα ἔν καὶ τὸν πατέρα ἐσῶτα καὶ περιμένοντα, ἐδείκνυσεν αὐτῷ ἐκείνην τὴν ἐσθῆτα, καὶ μὲ, οἷος ἦκοιμι· καί τι καὶ ὑπέμνησεν, οἷα μικρῶ δεῖν περὶ ἐμῶ ἐβλεύσατο. ταῦτα μέμνημαι ἰδὼν, ἀντίπαις ἔτι ὢν, ἐμοὶ
δοκεῖ

nam esset sparsum illud semen, nisi hoc tantum, homines ad me suspicientes laudare, et faustis acclamationibus, quoscumque volatu adiissem, prosequi.

16. Postquam igitur tot res mihi, meque laudantibus istis ostendisset, reduxit iterum non ista quidem veste indutum, quam habebam, quum volucris curru efferrer: sed videbar omnino mihi in amictu honoratiore et praetextato redire. Quin et, ut patrem inuenit adstantem, meque opperientem, monstrabat ipsi vestem illam, et me, qualis reuerterer: imo etiam submonefecit, quam fere de me consilii rationem iniisisset. Ista me vidisse memini pueritiam tan-

δοκεῖ ἐκταραχθεῖς πρὸς τὸν τῶν πληγῶν φό-
βον.

Μεταξὺ δὲ λέγοντος, Ἑράκλεις, ἔφη τις,
ὥς μακρὸν τὸ ἐνύπνιον, καὶ 22) δικανικόν. εἴτ' ἄλ-
λος ὑπέκρυσσε, χειμερινὸς ὄνειρος, ὅτι μήκισαί
εἰσιν αἱ νύκτες· ἢ τάχα πᾶ τριέσπερος, ὥσπερ
ὁ Ἑρακλῆς καὶ αὐτός ἐστι. τί δ' ἔν ἐπῆλθεν αὐ-
τῷ ληρῆσαι ταῦτα πρὸς ἡμᾶς, καὶ μνησθῆναι
παιδιῆς νυκτός, καὶ ὀνείρων παλαιῶν, καὶ ἤδη
γεγῆρακότων; ἔωλος γὰρ ἡ ψυχρολογία· μὴ
ὀνείρων τινῶν ἡμᾶς ὑποκριτάς τινας ὑπείληφεν;
ἐκ

tum quod egressus, ut mihi quidem videtur,
conturbatus ex verberum metu.

17. Haec dum exsequor, Hercules, inquit
nonnemo, quam longum somnium et iudiciale:
tum alius interpellat; hibernum scilicet, nam
longissimae sunt noctes: aut si forte trinotiale,
quemadmodum Hercules est et ipse: quid vero
ipfi in mentem venit, ut ista nugaretur ad nos,
puerilemque noctem commemoraret, et somnia
vetera, iamque obsoleta: futile profecto hoc
narrationis frigus: num nos somniorum inter-
pretes esse quosdam statuit? minime certe, o
tu,

22. Ἐνύπν. δικαν.] *Somnium absurdum et au-
ribus graue, qualia nimirum multa caufidici
deblaterare solent. Parum distat illud Plato-
nis in Apol. p. 25. A. ἐρῶ δὲ ὑμῖν Φορτικὰ
μὲν, καὶ δικανικά, ἀληθῆ δέ. Hemst.*

ἐκ ᾧ γὰρ. ἔδὲ γὰρ ὁ Ξενοφῶν περὶ διηγόμενος
τὸ ἐνύπνιον, ὡς ἔδοκει αὐτῷ 23) καὶ ἐν τῇ πα-
τρῳά

tu, quisquis es: neque enim Xenophon, quum
narraret aliquando somnium, fulmen sibi visum
in

23. Ὡς ἔδοκει αὐτῷ] Satis est ad fidem vitii
faciendam, quod in hoc loco illa expedita
styli Luciani facilitas desideretur. Dum
meliorum Codd. opem expectamus, ita con-
iecto, periisse descriptoris negligentia ver-
sum vnum, quem si ex *Xenophonte* reuoca-
re licet, sensus saltem et oratio tolerabilis
exibit: ἔδὲ γὰρ ὁ Ε. π. δ. τὸ ἐν. ὡς ἔδοκει
αὐτῷ βροντῆς γενομένης σκηπτὸς πεσεῖν ἐν
τῇ πατρῳά οἰκίᾳ, καὶ τὰ ἄλλα (ἴδε γὰρ)
ἔχ. ὡς ὑποκρίσιν τὴν ὁ. ἔ. Φλ. ἔ. αὐτὰ ὁ.
quae sic interpretor; neque enim *Xenophon*
aliquando somnium enarrans, quo videbatur
ipsi factō tonitru fulmen in paternam cecidisse
domum, et cetera (nostis enim) veluti sceni-
cam actionem hoc visum, aut ipse de industria
nugaturus ista referebat etc. illud ὡς ἔδοκει
αὐτῷ plane videtur postulare partem istam
a nobis intersertam, praecipue si *Xenophon-*
tis verba perpendas K. A. III. p. 175. μι-
κρὸν δ' ὑπνε λαχὼν, εἶδεν ὄναρ· ἔδοξεν αὐ-
τῷ βροντῆς γ. etc. Cererum vereor, ne
duo *Xenophontis* somnia diuersa confuderit
Lucianus: hoc certe, cuius modo memini-
mus, apud suos commilitones exposuisse
non legitur, sed aliud lib. IV. p. 191. cum
Chiri-

τρώα οἰκίᾳ, καὶ τὰ ἄλλα, (ἴσῃ γάρ) ἔχ' ὑπό-
κρισιν τὴν ὄψιν, ἔδὲ ὡς Φλυαρεῖν ἐγνωκῶς αὐ-
τὰ διεξήκει. καὶ ταῦτα ἐν τῷ πολέμῳ, καὶ
ἀπογνώσει περχυμάτων, περιεσώτων πολεμίων,
ἀλλὰ τι καὶ χρήσιμον εἶχεν ἡ διήγησις.

Καὶ τοίνυν καὶ γὰρ τῆτον ὄνειρον ὑμῖν διηγη-
σάμεν ἐκεῖνα ἕνεκα, ὅπως οἱ νέοι πρὸς τὰ βελ-
τίω τρέπωνται, καὶ παιδείας ἔχωνται· καὶ μά-
λισα, εἴ τις αὐτῶν ὑπὸ πενίας ἐθελουσακῇ, καὶ
πρὸς τὰ ἥττω ἀποκλίνει, φύσιν ἐκ ἀγεννῆ
διαφθεύρων. ἐπιρρώσθησεται εὖ οἷδ' ὅτι κα-
κείνος, ἀκέσας τῆ μύθου, ἰκανὸν ἐαυτῷ παρά-
δειγμα

in paternam cecidisse domum, et reliqua (no-
stis enim) velut histrionicam, visionem istam,
neque nugaturus de industria persequeretur, id-
que in bello et desperatione rerum, urgente
hoste; sed sane et utile quiddam habebat ista
narratio.

18. Similiter et ego somnium istud meum
enarraui vobis eius rei causa, ut iuvenes ad me-
liora conuertantur: inprimis si quis eorum ob
paupertatem animo deficiat, seque deterioribus
applicet, indolem haud ignobilem corrumpens:
hic, sat scio, confirmabitur, audita somnii no-
stri fabula, meque sibi idoneum exemplum ob
oculos

Chirisofo communicauit, idque etiam in
magna rerum desperatione. Hemst.

δειγμα ἐμὲ προσησάμενος, ἐννοῶν οἷος μὲν ὦν
πρὸς τὰ κάλλιστα ὤρμησα, καὶ παιδείας ἐπεθύ-
μησα, μηδὲν ἀποδειλιάσας πρὸς τὴν πενίαν τὴν
τότε, οἷος δὲ πρὸς ὑμᾶς ἐπανελήλυθα, εἰ καὶ
μηδὲν ἄλλο, ἔδενός γ' ἐν τῶν λιθογλύφων ἀδο-
ξότερος.

oculos ponet considerando, ex quali conditione
ad pulcherrima me contuli, eruditionemque
concupiui, nequaquam ignaue cedens rei fami-
liaris, quae tum premebant, angustiis; item-
que qualis ad vos me recepi, si nihil aliud, at
saltem nemine sculptorum obscurior.

Πρὸς τὸν Εἰπόντα, Προμηθεὺς

εἴ ἐν λόγοις.

Οὐκ ἔν Προμηθεῖα με εἶναι Φῆς; εἰ μὲν κατὰ
τῆτο, ὧ ἄρισε, ὡς πηλίνων καί μοι τῶν
ἔργων ὄντων, γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καὶ Φημί
ὅμοιος

Ad eum qui dixerat, Prometheus

es in verbis

1. **P**rometheum igitur me esse ais? si ea ratio-
ne, o optime, quod et mea opera lutea
sint, agnosco imaginem, meque similem illi esse
fateor:

ὁμοίος εἶναι αὐτῷ· ἔδ' ἀναινέσμη πηλοπλάθος
 ἀκύνειν, εἰ καὶ Φαυλότερος ἔμοι ὁ πηλός, οἷος
 ἐκ τριόδου, βόρβορος 1) τις παρὰ μικρόν. εἰ δὲ
 ὑπερπαίνων τὰς λόγους ὡς δῆθεν εὐμηχάνους ὄν-
 τας, τὸν σοφώτατον τῶν Τιτάνων ἐπιφημί-
 ζεις αὐτοῖς, ὅρα μὴ τις εἰρωνεύειν Φῆ, καὶ μυ-
 κτῆρα, οἷον τὸν Ἀττικόν, προσεῖναι τῷ ἐπαί-
 νῳ. ἢ πόθεν γὰρ εὐμήχανον τᾶμόν; τίς δ' ἡ πε-
 ριττὴ σοφία καὶ προμήθεια ἐν τοῖς γραμμασιν;
 ὡς ἔμοι γε ἱκανόν, εἰ μὴ πάνυ σοι γῆϊνα ἔδοξε,
 μηδὲ κομιδῇ ἄξια τῆ Καυκάσου. καίτοι πόσῃ
 δικαιο-

fateor: neque luti figulus dici recusō: tamen
 lutum mihi vilius sit, quale ex triuiis colligitur,
 coenum propemodum. Sin vero extollens ora-
 tionem meam, perinde vt artificiosam, doctissi-
 mi illius Titanum nomine eam cohonestas, vide
 ne quis ironiam dixerit, et quasi quandam At-
 ticam subsannationem subesse huic laudi: unde
 enim artificiosum est, quod ego facio? Quae
 vero eximia sapientia et prudentia in scriptis
 meis? Mihi certe illud satis fuerit, si non lutea
 prorsus, aut digna Caucaſo. tibi videantur. At
 vero

1. Βόρβορος] Eo differt a πηλῷ, quod et ma-
 le oleat, et nulli sit vsui; quum contra πη-
 λός, terra liquore adfuso subacta, ad fin-
 gendum sit idoneus. Nihilo minus fieri non-
 nunquam potest, vt in eandem propemo-
 dum significationem conueniant. Hemst.

δικαιότερον ὑμεῖς ἂν εἰκάζοισθε τῷ Προμηθεΐ, ὅποσοι ἐν δίκαις εὐδοκιμεῖτε, ζῶν ἀληθείᾳ ποιεῖμενοι τὰς ἀγῶνας; ζῶντα ἐν ὧς ἀληθῶς, καὶ ἐμψυχα ὑμῖν τὰ ἔργα. καὶ νῆ Δία, καὶ τὸ θερμὸν αὐτῶν ἐςὶ διάπυρον. καὶ τῆτο ἐκ τῆ Προμηθεύς ἂν εἴη, πλὴν εἰ μὴ διαλλάττοιτε, ὅτι μὴδ' ἐκ πηλῆ πλάττετε, ἀλλὰ χρυσᾷ ὑμῖν τοῖς πολλοῖς τὰ πλάσματα.

Ἡμεῖς δὲ οἱ ἐς τὰ πλήθη παριόντες, καὶ τὰς τοιαύτας τῶν ἀκροάσεων ἐπαγγέλλοντες, εἰδωλα ἅττα ἐπιδεικνύμεθα. καὶ τὸ μὲν ὅλον, ἐν πηλῷ, καθάπερ ἔφην μικρὸν ἐμπροσθεν, ἡ πλαστική κατὰ ταῦτά τοῖς κοροπλάθοις· τὰ δ' ἄλλα

vero quanto iustius vos comparari Prometheo poteratis, quicunque in causis agendis celebres estis, vera certamina subeuntes? Viua enim vera atque animata vobis opera sunt, et per Iouem etiam calor illorum ignitus est. Quod ipsum a Prometheo profectum videri possit, nisi quod hoc discriminis inest, quod ex luto vos non fingitis, sed aurea vobis plerisque figmenta sunt.

2. Nos autem, qui ad multitudinem prodimus, atque ibi huiusmodi declamationes profitemur, simulachra tantum quaedam spectanda exhibemus. Et in summa, circa lutum, ut paulo ante dixi, haec figulina versatur, quemadmodum puparum figuli: ceterum neque mo-
tus

ἀλλὰ, ἔτε κίνησις ὁμοία πρόσεσιν, ἔτε ψυχῆς
 δεῖγμά τι, ἀλλὰ τέρψις ἄλλως, καὶ παιδιὰ τὸ
 πρᾶγμα. ὥς ἐ μοι ἐνθυμεῖσθαι ἔπεισι, μὴ ἄ-
 ρα ἔτω με Προμηθεά λέγοις εἶναι, ὡς ὁ Κωμι-
 κὸς τὸν Κλέωνα Φησιν· οἶσθα περὶ αὐτοῦ.
 Κλέων Προμηθεὺς ἐστὶ μετὰ τὰ πρᾶγματα. καὶ
 αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι τὰς χυτρεάς, καὶ ἵπνοποιάς,
 καὶ πάντας, ὅσοι πηληργοί, Προμηθεάς ἀπε-
 κάλυν, ἐπισκώπτοντες ἐς τὸν πηλὸν, καὶ τὴν
 ἐν πυρὶ οἶμα τῶν σκευῶν ὀπτῆσιν. καὶ εἶγε
 σοι τῆτο βάλεται εἶναι ὁ Προμηθεὺς, πάνυ εὐ-
 ζόχως ἀποτετόξευται, καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν
 δριμύτητα τῶν σκωμμάτων, ἐπεὶ καὶ εὐθρυ-
 πτα ἡμῖν τὰ ἔργα, ὥσπερ ἐκείνοις τὰ χυτρίδια.
 καὶ

tus similis inest, neque animae significatio vlla,
 sed delectatio quaedam ad summum, et lusus
 merus est. Vt cogitare incipiam, num ita me
 Prometheus dixeris, ut Comicus ille Cleonem,
 nosti siquidem. *Cleon*, inquit, *Prometheus ipse,*
post negotia est. Ipsi etiam Athenienses figulos
 ollarum, furnorum constructores, et quicumque
 circa lutum versantur, Prometheos vocabant
 olim, alludentes ad lutum, opinor, et ad illam,
 quae fit in igne, vasorum cocturam. Quod si
 hoc tibi vult Prometheus iste tuus, admodum
 directe iaculatus es, et secundum Atticam illam
 mordendi acerbiteratem; quoniam et nostra ope-
 ra fragilia sunt, perinde ut illorum ollulae: et
 modli-

καὶ μικρὸν τις λίθον ἐμβαλὼν, συντρίψειεν
ἅπαντα.

Καίτοι Φαίη τις παραμυθέμενος 2), ἔταυ-
τα εἰκάσαι τῷ Περμηθεῖ, ἀλλὰ τὸ καινεργὸν
τῆτο ἐπαινῶν, καὶ μὴ πρὸς τι ἄλλο ἀρχέτυπον
μεμιμημένον· ὥσπερ ἐκείνοσ' ἔν ὄντων ἀνθρώ-
πων, τέως ἐννοήσας αὐτὰς ἀνέπλασε. τοιαῦτα
ζῶα μορφώσας, καὶ διακοσμήσας, ὡς εὐκίνητά
τε εἴη, καὶ ὀφθῆναι χαρίεντα. καὶ τὸ μὲν ὅλον,
ἀρχιτέκτων αὐτὸς ἦν. συνεργάζετο δὲ τοι καὶ
ἡ Ἀθη-

modicum quispiam lapillum iniiciens, facile con-
triuerit omnia.

3. Atqui, dixerit aliquis, consolando nos,
nequaquam ista assimilasse te Prometheo, sed
nouitatem hanc, laudans, et ad nullum aliud
exemplar effectum opus; quemadmodum ille,
cum nondum essent homines, sua sollertia ex-
cogitatos illos finxit, ac talia animantia forma-
vit atque adornauit, quae et mouerentur facile,
et aspectu gratiosa forent; et in summa, archi-
tectus ipse erat, sed cooperabatur tamen etiam
Miner-

2. Παραμυθέμενος] Paulo reconditiorem ver-
bi venustatem non adsecuti sunt Interpre-
tes: tu cape: *mollius, in meliorem partem in-
terpretatus*, quod scilicet duriuscule dictum
videri poterat, atque adeo ipsum illud *Lu-
ciani*, quod paulo post sequitur: πρὸς τὸ
αὐφημέστατον ἐξηγήμενος. Hemst.

ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνέουσα τὸν πηλόν, καὶ ἐμψυχα
 ποιῶσα εἶναι τὰ πλάσματα. ὁ μὲν ταῦτα ἂν
 εἴποι, πρὸς τε τὸ εὐφημότατον ἐξηγούμενος τὸ
 εἰρημένον, καὶ ἴσως ἔτις ὁ νῆς ἦν τῷ λελογμέ-
 νῳ· ἐμοὶ δὲ ἔπ' ἀνυ ἱκανόν, εἰ καινοποιεῖν δο-
 κοῖν· μηδὲ ἔχοι τις λέγειν ἀρχαιότερόν τι τῷ
 πλάσματος, ἔτ' αὖτε ἀπόγονόν ἐστιν· ἀλλὰ εἰ μὴ
 καὶ χάριεν φαίνοιτο, αἰσχυνοίμην ἂν, εὖ ἴσθι,
 ἐπ' αὐτῷ, καὶ ξυμπατήσας ἂν, ἀφανίσαιμι.
 ἔδ' ἂν ὠφελήσειεν αὐτὸ, παρὰ γὰρ ἐμοί, ἡ
 καινότης, μὴ ἔχῃ συντετρίφθαι ἀμορφον ὄν.
 καὶ εἴγε μὴ ἔτω φρονοῖν, ἄξιός ἂν μοι δοκῶ
 ὑπὸ ἐκκαίδεκα γυπῶν κείρεσθαι, ἔσιναι, ὥς
 πολὺ

Minerva, quae et lutum inspirabat, et figmen-
 ta illa animata reddebat. Talia quidem ille di-
 xerit, in meliorem partem dictum istud expo-
 nens. Et fortassis haec sententia etiam dicti
 fuit: sed mihi non sane satis est, si videar noua
 finxisse, figmentoque nostro nihil vetustius affer-
 ri possit, cuius progenies censeatur. Sed nisi
 elegans videatur, pudeat me sane (sat scias)
 illius, et conculcans comminuerim. Neque illi
 profuerit apud me nouitas, quo minus contra-
 tur; si non et formosum videatur. Ac nisi ita
 sentiam, dignus mihi videor, qui a sedecim
 vulturibus arrodar: ut qui non intelligam, lon-
 ge de-

πολύ ἀμορφότερα τὰ μετὰ τῆ ξένης αὐτὰ πε-
ποιθότα.

Πτολεμαῖος ἔν ὃ Λάγῃ δύο καινὰ ἐς Αἴγυπτον
ἄγων, κάμηλόν τε Βακτριανὴν παμμέλαιναν,
καὶ δίχρωμον ἄνθρωπον, ὡς τὸ μὲν ἡμίτομον
αὐτῆ, ἀκριβῶς μέλαν εἶναι, τὸ δ' ἕτερον, ἐς
ὑπερβολὴν λευκόν, ἐπίσης δὲ μεμερισμένον, ἐς
τὸ θεάτρον συναγαγὼν τὰς Αἰγυπτίους, ἐπεδεί-
κνυτο αὐτοῖς ἄλλὰ τε πολλὰ θεάματα, καὶ τὸ
τελευταῖον καὶ ταῦτα, τὴν κάμηλον, καὶ τὸν
ἡμίλευκον ἄνθρωπον· καὶ ὥς το ἐκπλήξεν τῷ
θεάματι. οἱ δὲ, πρὸς μὲν τὴν κάμηλον, ἐφο-
βήθησαν, καὶ ἐλίγῃ δεῖν ἔφυγον ἀναθορέν-
τες·

ge deformiora ea esse, quae cum peregrinitate
coniunctam habent turpitudinem.

4. Ptolemaeus igitur Lagi filius, cum duas
res novas in Aegyptum adduxisset, camelum Ba-
ctrianam totam nigram, et hominem bicolorem,
cuius dimidia pars plane nigra, altera autem su-
pra modum candida erat; congregatis in theatrum
Aegyptiis, exhibuit illis cum alia multa specta-
cula, tum inter postrema, haec quoque, camelum
et semialbum hominem: putabatque, se magnam
admirationem isto spectaculo concitaturum esse.
At illi ad cameli quidem conspectum perterriti
sunt, et parum abfuit quin exilientes profugerent,

τες· 3) καίτοι χρυσῷ πᾶσα ἐκκόσμητο, καὶ ἀλκερίδι ἐπέσρωτο, καὶ ὁ χαλινὸς ἦν λιθοκόλλητος, Δαρεῖς τινὸς, ἡ Καμβύση, ἡ Κύρη αὐτῷ κειμήλιον. πρὸς δὲ τὸν ἄνθρωπον, οἱ μὲν πολλοὶ ἐγέλων· οἱ δὲ τίνες, ὡς ἐπὶ τέρατι ἐμυσάττοντο. ὥς ὁ Πτολεμαῖος συνίσις ὅτι ἐκ εὐδοκιμεῖ ἐπ' αὐτοῖς, ἐδὲ θαυμάζεται ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἡ καινότης, ἀλλὰ πρὸ αὐτῆς τὸ εὐρυθμον καὶ τὸ εὐμορφον κρίναι, μετέστησεν αὐτά· καὶ τὸν ἄνθρωπον ἔκτετι διὰ τιμῆς ἦγεν ὡς πρὸ τῷ· ἀλλ' ἡ μὲν κάμηλος ἀπέθανεν ἀμελῆ·

λαμίνη·

quanquam tota ea auro exornata, ac purpura instrata erat, frenum etiam gemmis distinctum habebat, ex Darii, aut Cambysis, aut etiam ipsius Cyri thesauris depromptum. Homine autem viso, plerique ridebant; quidam etiam ut monstrum sunt auersati. Quare Ptolemaeus intelligens se parum laudis capere, neque nouitatem apud Aegyptios in admiratione esse, sed prae ipsa concinnitatem iustamque formam probari, abduci ea iussit; hominemque non amplius eodem honore habuit, quo antea. Camelus neglecta mortua est: homi-

3: Ἀναθορόντες] Eorum saepe, qui stupefacti sunt et subito casu perculsi, repentinos imperus atque exsiliendi vehementiam significat. Habent *Plato*, alique veterum, sed parcius: recentiores frequentius. *Hemst.*

λαμμένη· τὸν ἄνθρωπον δὲ τὸν διττὸν Θέσπιδι
τῷ αὐλητῇ ἔδωρῆσατο καλῶς αὐλήσαντι παρὰ
τὸν πότον.

Δέδοκα δὲ μὴ καὶ τέμνον, κάμηλος ἐν Αἰ-
γυπτίοις, ἥ. αἱ δὲ ἄνθρωποι, τὸν χαλινὸν
ἔτι αὐτῆς θαυμάζουσι, καὶ τὴν αἰσχυρίδα. ἔπει
δὲ 4) ἔδδ τὸ ἐκ δυοῖν τοῖν καλλίσσιν συγκεῖσθαι,
δικλότη καὶ κωμωδίας, ἔδδ τῷτο ἀπόχρη εἰς
εὐμορφίαν, εἰ μὴ καὶ ἡ μίξις ἐνερμόνιος, καὶ
κατὰ τὸ σύμμετρον γίγνοιτο. ἔστι γὰρ ἐκ δύο
καλῶν ἀλλόκοτον τὴν ξυνθήκην εἶναι, οἷον ἐνεῖ-
νο τὸ προχειρότατον, ὁ ἵπποκένταυρος. 5) ἔ γὰρ
αὐ

hominem autem illum duplicem Thespidi cuidam
ribicini, cum in conuivio belle cecinisset, donq
dedit.

5. Vereor itaque ne et mea, camelus in Ae-
gypto, sint, cuius homines adhuc frenum et
purpuram admirentur: neque enim ad elegan-
tiam sufficit, quod ex duobus optimis constat,
Dialogo et Comoedia, nisi et ipsa compositio
inter se consentiens, iustaque proportionem tem-
perata fuerit. Ex duobus pulchris certe com-
positio absurda fieri potest, quale illud vulga-
tissimum est Hippocentaurus. Non enim ama-

C 3

bile

4. Ἐπεὶ δὲ] Legendum omnino videtur: ἔτι
δὲ, Porro ne hoc quidem, si quid ex duo-
bus pulcherrimis confletur, ad venustatem
sufficit. Hemst.

5. Ὁ Ἴπποκένταυρος] Duplici fere sensu ve-
teres

ἂν Φαίης ἐπέρχσόν τι ζῶον ταῦτ' ἐγενέσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑβριστότατον, εἰ χρεὶ πειθεύειν τοῖς ζωγράφοις ἐπιδεικνυμένοις τὰς παρρησίας, καὶ σφαγὰς αὐτῶν. τί ἂν ἔχῃ καὶ ἐμπαλιν γένοιτ' ἂν εὐμορφέν τι ἐκ δυοῖν τοῖν ἀρίστοιν ζυντεθέν, ὥσπερ ἐξ εἰνός καὶ μέλιτος τὸ ζυμαμφοτέρον ἡδιστον; Φημί ἔγωγε· ἂ μὴν περί γε τῶν ἐμῶν ἔχω διατείνεσθαι ὡς τοιαύτων ὄντων, ἀλλὰ δέδωκα μὴ τὸ ἐκκτέρει κάλλος ἢ μίξις συνέφθαιρεν. 6)

Οὐ

bile hoc animal esse dixeris, sed potius contumeliosissimum, si modo conuenit pictoribus credere, temulentiam et caedes illorum exhibentibus. Quid ergo? an non rursus ex duobus optimis compositum fieri potest pulchrum? Vt ex vino et melle commistum et temperatum suauissimum? Poteest sane. Meas vero compositiones contendere non ausim tales esse; quin potius vereor, ne utriusque pulchritudinem ipsa mixtura corruerit.

6. Ne-

teres usurpant: primum ad significandam rem siue insolitam et portenti similem, siue fictam et vera natura vacuam adhibetur: deinde poni solet haec vox de iis, quae dissimili genere in vnum congregantur ac coalescunt. Sic Chaeremon Hippocentaurum fecerat, μιχτήν ῥαψωδίαν ἐξ ἀπάντων τῶν μέτρων, teste *Aristot. de Poët. p. 224. v. 24. Hemst.*

6. Ἡ μίξις συνέφθαιρε] De industria τὸ
συνέφθει-

Οὐ πάντῳ γὰρ συνήθη καὶ Φίλα ἐξ ἀρχῆς ἦν
ὁ διάλογος, καὶ ἡ κωμωδία· εἶγε ὁ μὲν, οἶκοι,
καὶ καθ' ἑαυτὸν νῆ Δίχ ἐν τοῖς περιπάτοις μετ'
ὀλέγων τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· ἡ δὲ, παρα-
δῶσα τῷ Διονύσῳ ἑαυτὴν, θεάτρῳ ὠμίλει, καὶ
ξυνέπαίξει, καὶ ἐγελωτοπαίει, καὶ ἐπέσχωπτε,
καὶ ἐν ῥυθμῷ ἔβαινε πρὸς αὐλὴν. ἐνίοτε καὶ
τὸ ὅλον ἀναπαισίῳ μέτροις ἐποχρμένη 7), τὰ
πολλὰ

6. Neque enim omnino consueta inter se at-
que affinia ab initio Dialogus et Comoedia fue-
re. Siquidem ille domi et seorsum, mehercle,
in ambulacris cum paucis quibusdam disputation-
es suas habebat: Haec vero, Baccho se totam
tradens, in theatris versabatur, simulque lude-
bat, et risum mouebat, gaudebatque salibus, et
dicacitate, et ad numeros tibiae incedebat. In-
terdum etiam anapaesticis versibus prorsus vecta,

C. 4

Dia-

συμφθεῖρειν, cuius significatio sit ambigua,
non poterat maris vniuersi dominum: quapropter malim, ἢ οἶδ' ὅπως. Ἀναφαίνειν retinui: multis enim doceri potest exemplis, iuncta per copulam καὶ verba non semper temporibus concordare. Hemst.

5. Ἡ δὲ, πᾶ σοι γῆς αὕτη ἔστί;] Cape quasi posuisset *Lucianus*, ἢ δὲ Ἀρεθρσα sequi solet ἔτος in hoc structurae genere creberime. Hemst.

ΠΟ. Οἶδα καὶ Ἀμόρφον, ὦ Ἀλφειέ, τὴν Ἀρεθρῶσαν, ἀλλὰ διαυγὴς τὴν ἐς, καὶ διὰ καθαρὰ ἀναβλύζει, καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφίσιν, ὅλον ὑπὲρ αὐτῶν Φαινόμενον ἀργυρείδες. ΑΛ. ὡς ἀληθῶς οἶσθα τὴν πηγὴν, ὦ Πόσειδον· παρ' ἐκείνην οὖν ἀπέρχομαι. ΠΟ. ἀλλ' ἀπ' οὗ μὲν, καὶ εὐτύχει ἐν τῷ ἔρωτι· ἐκεῖνο δέ μοι εἰπὲ, πᾶ τὴν Ἀρεθρῶσαν εἶδες, αὐτὸς μὲν Ἀρκὰς ὢν, ἥ δὲ ἐν Συρακούσαις ἐστίν; ΑΛ. ἐπειγόμενόν με κατέχεις, ὦ Πόσειδον, περίεργα ἐρωτῶν. ΠΟ. εὖ λέγεις· χωρεῖ παρὰ τὴν ἀγαπωμένην· καὶ ἀναδύς ἀπὸ τῆς θαλάττης ξυναυλὶα μίγνυσο τῇ πηγῇ, καὶ ἐν ὕδωρ γίνεσθε.

2. NEP. Noui sane non iuuenustam, Alphæe, Arethusam: imo enim est pellucida, puroque solo scaturit, et aqua lapillis illudens nitet, totaque super eos apparet argentea. ALP. Ut tu vere nosti fontem Arethusam, Neptune? ad illam ipsam ergo me confero. NEP. At abi, et esto felix in amore. Imo istud etiam mihi expone; vbi Arethusam vidisti tu, qui Arcas es, quum illa sit Syracusis? ALP. Festinantem me detines, o Neptune, quæ nihil ad rem faciunt sciscitando. NEP. Bene mones: quin tu perge ad dilectam; quumque emerferis a mari, mutua conspiratione miscetor fonti, et vnam in aquam coite.

IV.

Μενελάου καὶ Πρωτέως.

MEN. Ἀλλὰ ὕδωρ μὲν σὺ γίνεσθαι, ὦ Πρωτέϋ, ἐκ ἀπίθανον, ἐνάλιον γε ὄντα, καὶ δένδρον ἐπὶ Φορητόν· καὶ ἐς λέοντα ὅποτε ἀλλογενείης, ὁμῶς ἐδὲ τῷτο ἔξω πίσεως. εἰ δὲ καὶ πῦρ γίνεσθαι δυνατόν ἐν τῇ θαλάττῃ οἰκῶντα, τῷτο πάνυ θαυμάζω, καὶ ἀπιστῶ. **ΠΡ.** μὴ θαυμάσης, ὦ Μενέλαε· γίγνομαι γάρ. **ΜΕ.** εἶδον καὶ αὐτὸς. ἀλλὰ μοι δοκεῖς, εἰρήσεται γὰρ πρὸς σέ, γοήτειαν τινὰ προσάγειν τῷ πράγματι, καὶ τὰς ἀφθαλμὰς ἐξαπατᾶν τῶν ὀφθαλμῶν, αὐτὸς ἐδὲν τοιοῦτο γιγνόμενος.

ΠΡ.

Menelai et Protei.

MEN. Ἀτὰρ aquam te fieri, o Proteu, haud improbabile, quippe marinum; et arborem, id quoque ferri potest: quin in leonem quando mutaris, ne id quidem plane extra fidem est: verum, si et ignis fieri possit, qui in mari habiter, id valde admiror, ac minime credo. **PRO.** Ne mireris, Menelae: nam ita res est, fio. **MEN.** Vidi ipse equidem: sed videre mihi, quod pace tua dictum velim, praestigias quasdam admoovere huic rei, oculosque fallere spectantium, dum ipse nihil tale fis.

2. PRO.

ΠΡ. Καὶ τίς ἂν ἡ ἀπ᾽ αὐτῆς ἐπὶ τῶν ἔτιως ἐνερ-
γῶν γένοιτο; ἐκ ἀνεωγμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς
εἶδες, ἔς ὅσα μετέποιήσα ἑμαυτόν; εἰ δὲ ἀπι-
στῆς, καὶ τὸ πρᾶγμα ψευδὲς εἶναι δοκεῖ, Φαν-
τασία τις πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἰσαμένη, ἐπει-
δὲν πῦρ γένωμαι, προσένεγκέ μοι, ὦ γυναιό-
τατε, τὴν χεῖρα· εἴη γὰρ, εἰ ὁρῶμαι μόνον,
ἢ καὶ τὸ κτεῖν τότε μοι πρόσθεν. ΜΕ. οὐκ
ἀσφαλὴς ἡ πείρα, ὦ Πρωτεύ. ΠΡ. σὺ δὲ
μοι, Μενέλαε, δοκεῖς ἔδὲ πολὺ πᾶν ἐωρακέναι
πώποτε, ἔδ' ὃ πάσχει ὁ ἰχθύς ἔτιος εἰδέναι.
ΜΕ. ἀλλὰ τὸν μὲν πολὺ πᾶν εἶδον. ἃ πάσχει
δὲ, ἠδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σῶ.

ΠΡ.

2. PRO. Et quae tandem fallacia in rebus
tam manifestis resideat? non tu apertis oculis
es contuitus, quas in formas memet ipse con-
versum fecerim? sin fidem non habes, idque
negotium falsum esse videtur, inanis scilicet
quaedam species ante oculos consistens, tum
tu, vbi ignis factus fuero, admove mihi, vir
fortissime, manum: probe scies, videarne so-
lum talis, an facultas etiam vrendi tunc mihi
adsit. MEM. Non tutum est hoc experimen-
tum, o Proteu. PRO. Tu quidem mihi, Me-
nelae, videris polypum vidisse nunquam, quae-
que huius piscis sit natura, ignorare. MEN.
Imo polypum vidi: at naturam eius libenter di-
dicerim a te.

3. PRO.

ΠΡ. Ὅποία ἂν πέτρα προσελθὼν ἀρμόσῃ
 τὰς κοτύλας, καὶ προσφύς ἔχῃται κατὰ τὰς
 πλεκτάνας, ἐκείνῃ ὅμοιον ἀπεργάζεται ἑαυτὸν,
 καὶ μεταβάλλει τὴν χροάν, μιμνήμενος τὴν πέ-
 τραν, ὡς ἂν λάθῃ τὰς αἰτίας, μὴ διαλλάττων,
 μηδὲ Φανερός ὢν διὰ τῆτο, ἀλλ' εἰκὼς τῷ λί-
 θῳ. ΜΕ. Φασὶ ταῦτα· τὸ δὲ σὸν πολλὸν
 παραδοξότερον, ὦ Πρωτεῦ. ΠΡ. ἂν οἶδα, ὦ
 Μενέλαε, τίνι ἂν ἄλλῳ πιεῦσαις, τοῖς σεαυ-
 τῷ ὀφθαλμοῖς ἀπιστῶν; ΜΕ. ἰδὼν εἶδον. ἀλ-
 λά τὸ πρᾶγμα τεράσιον, τὸν αὐτὸν πῦρ καὶ ὕ-
 δωρ γίνεσθαι.

3. PRO. Ad quamcumque petram accesserit,
 aptaueritque acetabula, et adglutinatīs haeserit
 cirrīs, illi similem se reddit, mutatoque colore
 scopulum imitatur, ut fallat piscatores nihil di-
 versus, proptereaque nec conspicuus, sed pla-
 ne similis isti lapidi. MEN. Ista narrant:
 rum autem illud multo est incredibilius, Pro-
 teu. PRO. Nescio profecto, Menelae, cui
 sis alteri fidem habiturus, quam tuis ipsius ocu-
 lis denegas. MEN. Videndo sane vidi: sed
 res est portentosa, idem ut ignis et aqua fiat.

V.

Πανόπης καὶ Γαλήνης.

ΠΑΝ. Εἶδες, ὦ Γαλήνη, χθές, οἷα ἐπέησεν
 ἡ Ἔρις παρὰ τὸ δεῖπνον ἐν Θεττα-
 λίᾳ, διότι μὴ καὶ αὐτὴ ἐκλήθη ἐς τὸ συμπό-
 σιον; ΓΑ. ἂν ζυνευσία μὴν ὑμῖν ἔγωγε· ἀγὰρ Πο-
 σειδῶν ἐκέλευσέ με, ὦ Πανόπη, ἀκύμαντον ἐν
 τοσάτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος. τί δ' ἐνέποιή-
 σεν ἡ Ἔρις μὴ παρᾶσα; ΠΑ. ἡ Θέτις καὶ ὁ Πη-
 λεύς ἀπεληλύθεισαν ἐς τὸν θάλαμον, ὑπὸ τῆς
 Ἀμφιτρίτης καὶ τῆ Ποσειδῶνος παραπεμφθέν-
 τες. ἡ Ἔρις δ' ἐν τοσάτῳ λαθῆσα πάντας, ἐδυ-
 νήθη δὲ ῥαδίως, τῶν μὲν πινόντων, ἐπίων δὲ
 κροτέν-

Panopes et Galenes.

PAN. Vidisti, Galene, heri, qualia designa-
 rit Eris inter coenam in Thessalia,
 quod non et ipsa fuerit vocata ad convivium?
 GAL. Equidem haud una vobiscum fui: Ne-
 ptunus enim iussit me, Panope, nullis fluctibus
 agitatam ac tranquillam interea servare pela-
 gus. Quid ergo fecit Eris, quae non aderat?
 PAN. Thetis et Peleus abierant in thalamum
 ab Amphitrite et Neptuno deducti. Eris in-
 terim clam omnibus (poterat autem facillime,
 dum hi quidem biberent; illi saltarent, alii
 vel

κροτάντων, ἢ τῷ Ἀπόλλωνικι θαρίζοντι, ἢ ταῖς Μῦσαις ἀδύσαις προσεχόντων τὸν νῦν, ἐνέβαλεν ἐς τὸ συμπόσιον μῆλόν τι πάγκαλον, χρυσῶν ὅλον, ὧ Γαλήνη· ἐπεγέγραπτο δὲ, Η ΚΑΛΗ ΛΑΒΕΤΩ. Κυλινδόμενον δὲ τῷτο, ὥσπερ ἐξεπίτηδες, ἦκε ἐνθα Ἦρα τε, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ κατεκλίνοντο.

Καίπειδ' ὁ Ἑρμῆς ἀνελόμενος ἐπελέξατο τὰ γυγραμμένα, αἱ μὲν Νηρηίδες ἡμεῖς ἀπεσιωπήσαμεν· τί γὰρ ἔδει ποιεῖν, ἐκείνων παρκαῶν; αἱ δὲ ἀντεποιῶντο ἐκάστη, καὶ αὐτῆς εἶναι τὸ μῆλον ἠξίαν. καὶ εἰ μὴ γε ὁ Ζεὺς διέσκησεν αὐτὸς, καὶ ἄχρη χειρῶν πρὸςχώρησε τὸ πρᾶγμα. ἀλλ' ἐκεῖνος, αὐτὸς μὲν οὐ κρινῶ. Φησι, περὶ
τὰ τε

vel Apollini citharam pulsanti, vel Musis canentibus adhiberent animum, impulit in conuiuium malum quam pulcerrimum, aureum totum, Galène: erat inscriptum: **PVL CRA ACCIPIAT**: id autem prouolutum quasi de industria peruenit vbi Iuno, Venus et Minerva decumbebant.

2. Tum eo Mercurius sublato postquam perlegit inscripta, nos quidem Nereïdes conticui-
mus: quid enim oportebat facere, Deabus prae-
sentibus? at hae sibi quaeque vindicabant, suum-
que esse malum contendebant: quin etiam, nisi
Iupiter diremisset eas, ad manus res peruenisset.
Ille tamen, ipse quidem, inquit, iudicium non

B b

inter-

τάτου (καίτοι ἐνεῖναι αὐτὸν δικάσαι ἤξιουν)
 ἄπιτε δὲ εἰς τὴν Ἰδην παρὰ τὸν Πριάμην παῖδα·
 ὃς οἶδ' ἐτε διαγνῶναι τὴν καλλίονα, Φιλόκαλος
 ὢν, καὶ ἐκ αὐτοῦ ἐκείνος κρίναι κακῶς. ΓΑ. τί
 εἰν αὖ θεῶν, ὦ Πανόπη; ΠΑ. τήμερον, οἶμαι,
 ἀπίασι πρὸς τὴν Ἰδην. ΓΑ. καί τις ἤξει με-
 τὰ μικρὸν ἀπαγγέλλων ἡμῖν τὴν κρατῆσαν; ΠΑ.
 ἤδη σοι Φημί, ἐκ ἄλλῃ κρατήσῃ, τῆς Ἀφρο-
 δίτης ἀγωνιζομένης, ἣν μὴ τι πάνυ ὁ δαιτυμένης
 ἀμβλυώτῃ.

interponam ea de re (quanquam hoc ut faceret,
 istae magno opere laborarent) abite vero in
 Idam ad Priami filium, qui certe nouerit di-
 gnoscere pulcriorem formarum elegans specta-
 tor; neque is profecto iudicauerit male. GAL.
 Quid ergo Deae, Panope? PAN. Hodie, pu-
 to, petunt Idam; et aliquis adfuturus erit mox,
 qui nunciet nobis victricem. GAL. Iam nunc
 tibi dico, non alia vincet, Venere quidem cer-
 tante, nisi valde sit arbiter hebeti oculorum
 acie.

VI.

Τρίτωνος, Ἀμυμώνης, καὶ Ποσειδῶνος.

ΤΡΙ. **Ε**πὶ τὴν Λέρνην, ὧ Ποσειδόν, παραγίγνεται καὶ ἐκάστην ἡμέραν ὑδρευσομένη παρθένος, πᾶγκαλόν τι χρῆμα· ἐκ εἶδα ἔγωγε καλλίῳ παῦδα ἰδών. ΠΟ. ἐλευθέραν τινά, ὧ Τρίτων, λέγεις, ἢ θεράπεινά τις ὑδροφόρος ἐστίν; ΤΡΙ. ἔμεινεν· ἀλλὰ τῷ Δαναῷ ἐκείνη θυγάτηρ, μία τῶν πεντήκοντα καὶ αὐτῇ, Ἀμυμώνη τᾶνομα· ἐπυθόμην γὰρ, ἥτις καλοῦτο, καὶ τὸ γένος. ὁ Δαναὸς δὲ σκληραγωγεῖ τὰς θυγατέρας, καὶ αὐτεργεῖν διδάσκει, καὶ πέμπει ὕδωρ τε ἀρυσομένας, καὶ πρὸς τὰ ἄλλα παιδεύει ἀκόντας εἶναι αὐτάς.

ΠΟ.

Tritonis, Amymones, et Neptuni.

ΤΡΙ. **A**d Lernam, Neptune, accedit quotidie aquatum virgo, res plane pulcerrima: haud equidem scio formosiores me puellam vidisse. ΝΕΡ. Ingeniamne dicis, o Triton, an famula quaedam est ad aquam ferendam? ΤΡΙ. Nequaquam: sed Danaï istius filia, vna quinquagenarum et ipsa, Amymone nomine: sciscitatus enim sum et quomodo vocetur, et genus. Danaus autem durius habet filias, et ad opus suis manibus faciundum instituit, atque etiam mittit aquam hauristas: ad cetera porro ministeria condocet, ut impigrae sint.

Εἰ 2

ΝΕΡ.

ΠΟ. Μόνη δὲ παραγίνεται μακρὰν ἔτῳ τὴν
 ὁδὸν ἐξ Ἀργεὺς ἐς Λέρνην; ΤΡ. μόνη· πελυδί-
 ψιον δὲ τὸ Ἀργεὺς, ὡς οἶσθα· ὥς ἀνάγκη αἰ-
 ὑδροφορεῖν. ΠΟ. ὦ Τρίτων, ἔμετρίως με διετά-
 ραξας εἰπὼν τὰ περὶ τῆς παιδός· ὥς ἰώμεν ἐπ'
 αὐτήν. ΤΡ. ἰώμεν· ἤδη γὰρ καιρὸς τῆς ὑδροφο-
 ρείας. καὶ σχεδὸν πεκατὰ μέσην τὴν ὁδὸν ἐσιν ἰῶσα
 ἐς τὴν Λέρνην. ΠΟ. ἔκῃν ζεύξον τὸ ἄρμα· ἢ τᾷτο
 μὲν πολλὴν ἔχει τὴν διατριβὴν, ὑπάγειν τοὺς
 ἵππους τῇ ζεύγῃ, καὶ τὸ ἄρμα ἐπισκευάζειν·
 σὺ δὲ ἄλλὰ 6) δελφῖνά μοι τινὰ τῶν ὠκείων
 παρά-

NEP. Solane conficit tam longum iter Argis
 ad Lernam? TRI. Sola: valde autem siticulo-
 sum est Argos, ut nosti: atque adeo necesse est
 semper aquam eo ferre. NEP. Non tu, Tri-
 ton, mediocriter me conturbasti, quum perfe-
 cutus es, quae spectant ad puellam: quare ad-
 eamus ad eam. TRI. Eamus: iam enim tem-
 pus est aquationis; et fere, ni fallor, in media
 versatur via petens Lernam. NEP. Itaque iun-
 ge currum: aut illud quidem longam haber mo-
 ram, subdere equos iugo, et currum apparare:
 quin tu potius delphinum mihi aliquem ex velo-
 cioribus

6 Σὺ δὲ ἄλλὰ] Hortandi vis atque incitandi
 in ἄλλᾳ, quando imperatiuis praeponitur,
 perquam est familiaris, et in Nostro fre-
 quens. Hemst.

παράζησον· ἐφιππάσομαι γὰρ ἐπ' αὐτῆ τάχι-
σα. ΤΡ. ἰδέ σοι ἔτοσὶ ὁ δελφίνων ὠκύτατος.

ΠΟ. εὖγε· ἀπελαύνωμεν· σὺ δὲ παρηνήχου,
ὦ Τρίτων. καὶ περὶ δὴ πάρεσμεν ἐς τὴν Λέρνην,
ἐγὼ μὲν λοχήσω ἐνταῦθα πα, σὺ δ' ἀποσκόπει
ὁπότ' ἂν αἰσθῇ προσιῆσαν αὐτήν. ΠΡ. αὕτη
σοι πλησίον.

ΠΟ. Καλὴ, ὦ Τρίτων, καὶ ὥραία παρθέ-
νος· ἀλλὰ συλληπτέα ἡμῖν ἔστιν. ΑΜ. ἄνθρω-
πε, ποῖ με ξυναρπάσας ἄγεις; ἀνδραποδισὴς
εἶ, καὶ εἰσὶ κας ἡμῖν ἀπ' Αἰγύπτου τῆ θεῖα ἐπι-
πεμφθῆναι· ὥς βοήσομαι τὸν πατέρα. ΤΡ.
σιώπησον, ὦ Ἀμυμώνη, Ποσειδῶν ἔστι. ΑΜ.
τί Ποσειδῶν λέγεις; τί βιάζῃ με, ὦ ἄνθρωπε,
καὶ

cioribus adducito: equitans enim in eo proue-
har celerrime. TRI. Ecce tibi istum delphino-
rum ocysissimum. NEP. Bene: auehamur; tu
vero iuxta adnata, Triton. Postquam peruene-
rimus ad Lernam, ego insidiabor isto fere loco;
tu prospecta; quumque senseris aduentantem
illam. TRI. Haec ipsa tibi prope adest.

3 NEP. Pulcra, Triton, et florens virgo:
omnino comprehendenda nobis est. AMY. Mi
homo, quo me correptam ducis? plagiarius es,
et videris in nos ab Aegypto patre immisus es-
se: quare inuocabo patrem. TRI. Tace, Amy-
mone: Neptunus hic est. AMY. Quid mihi
Neptunum dicis? quid vim adfers mihi, homo,

καὶ εἰς τὴν θάλατταν καθέλμεις; ἐγὼ δὲ ἀπο-
 πνιγέσομαι ἢ ἀθλία καταδύσα. ΠΟ. Θάρρει,
 ἔδδεν δεινὸν πάθης· ἀλλὰ καὶ πηγὴν ἐπώνυμόν
 σοι, ἀναδοθῆναι ἐάσω ἐνταῦθα, πατάξας τῇ
 τριαίνῃ τὴν πέτραν πλησίον τῆς κλύσματος·
 καὶ σὺ εὐδαίμων ἔσῃ, καὶ μόνη τῶν ἀδελφῶν
 ἔχῃ υἱοφορήσεις ἀποθανῆσα.

inque mare detrahis? misera suffocabor demersa.
 NEP. Bonum animum habe: nullum incom-
 modum patieris: imo etiam fontem tui nomi-
 nis emicare faciam ibi, percussa tridente hac pe-
 tra, prope maris aestum: tu vero felix eris, so-
 rorumque sola non feres aquam mortua.

VII.

Νότου καὶ Ζεφύρου.

NOT. Ταύτην, ᾧ Ζέφυρε, τὴν δάμαλιν, ἣν
 διὰ τῆς πελάγους εἰς Αἴγυπτον ὁ Ἑρ-
 μῆς ἄγει, ὁ Ζεὺς διεκόρησεν ἀλγὺς ἑρῶτι; ZE.
 ναί, ᾧ Νότε· ἡ δάμαλις δὲ τότε, ἀλλὰ παῖς
 ἦν

Noti et Zephyri.

NOT. Illam ergo, Zephyre, iuencam, quam
 per pelagus in Aegyptum Mercurius
 ducit, Iupiter vitiauit amore captus? ZEP. Ira
 est, Note: neque tunc tamen erat iuencas, sed
 filia

ἦν τῷ ποταμῷ Ἰνάχῃ· νῦν δὲ ἡ Ἥρα τοιαύτην ἐποίησεν αὐτὴν ζηλοτυπήσασα, ὅτι καὶ πάνυ ἐώρα ἐρώντα τὸν Δία. ΝΟ. νῦν ἔτι ἐρᾷ τῆς Ἑοῆς; ΖΕ. καὶ μάλα· καὶ διὰ τὸτο εἰς Αἴγυπτον αὐτὴν ἐπέμψε· καὶ ἡμῖν προσέταξε μὴ κυμαίνειν τὴν θάλασσαν ἐξ' αὐτῆς διανήξηται, ὡς ἀποτεκῆσα ἐκεῖ, κύει δὲ ἤδη, θεὸς γένοιτο καὶ αὐτῇ, καὶ τὸ τεχθῆναι.

ΝΟ. Ἡ δάμαλις θεός; ΖΕ. καὶ μάλα, ὦ Νότε· ἄρξει τε, ὃ Ἑρμῆς ἔφη, τῶν πλεόντων, καὶ ἡμῶν ἑσσι δέσποινά, ὃν τινα αὐτῶν ἡμῶν ἐθέλη ἐκπέμψαι, ἢ κωλύσαι ἐπιπτεῖν. ΝΟ. Θεραπευτέα τοιγαρὲν, ὦ Ζέφυρε, ἤδη δέσποινά γε οὔσα· νῆ Δία εὐνεξέρα γὰρ οὕτω γένοιτο.

ΖΕ.

filia fluvii Inachi: nunc Iuno talem fecit eam, aemulatione feruida, quod vehementer videret amare Iouem. ΝΟ. Igitur etiam nunc amat istam vaccam? ΖΕΡ. Plane: ideoque in Aegyptum eam misit; ac nobis praecepit, ne fluctibus agitaremus mare, donec transierit, ut partum ibi enixa (vterus enim iam tumet) Dea fiat tum ipsa, tum quod natum erit.

2. ΝΟΤ. Haec iuuenca ut Dea fiat? ΖΕΡ. Omnino; Note: et praecepit, ut Mercurius narravit, nauigantibus, nosque erimus in eius potestate, ut quemcumque nostrum voluerit emittrat, aut prohibeat flare. ΝΟ. Callenda igitur, o Zephyre, iam quippe domina.

B b 4

ΖΕΡ.

ZE. ἀλλ' ἤδη γὰρ διεπέρασε, καὶ ἐξένευσεν ἐς τὴν γῆν, ὅρξῃς ὅπως ἐκέτι μὲν τετραποδισὶ βαδίζει, ἀνορθώσας δ' αὐτὴν ὁ Ἑρμῆς γυναῖκα παγκάλην αὐθις ἐποίησε; NO. παρὰδοξα γῆν ταῦτα, ὦ Ζέφυρε· ἐκ ἔτι τὰ κέρατα, οὐδὲ ἄρ' αἰ, καὶ διχηλὰ τὰ σκέλη; ἀλλ' ἐπέρασος κόρη. ὁ μὲν τοι Ἑρμῆς τί παθὼν μεταβέβληκεν ἑαυτὸν, καὶ ἀντὶ νεανίᾳ κυνοπρόσωπος γεγέννηται; ZE. μὴ πολυπραγμονῶμεν, ὅτε ἄμεινον ἐκείνος οἶδε τὰ πρακτέα.

ZEP. Profecto: magis enim beneuola nobis ita reddatur. At ecce iam traiecit, atque euasit in terram: viden' vt non amplius quadrupedis more incedat, sed eam erectam Mercurius mulierem pulcerrimam iterum effecerit? NOT. Mirabilia sane sunt ista, Zephyre: abierunt cornua, cauda, bifidi pedes: contra amabilis est virgo. Atqui Mercurius quid est, quod semet mutarit, et pro iuvene caninam faciem sumserit? ZEP. Ne curiosius inquiramus; quandoquidem melius ille sciuerit, quid sit faciundum.

VIII.

Ποσειδῶνος καὶ Δελφίνων

ΠΟΣ. Εὖγε, ὦ Δελφῖνες, ὅτι αἰεὶ φιλάν-
 θρωποὶ ἔσε' καὶ πάλα μὲν τὸ τῆς
 Ἰνῆς παιδίον ἐπὶ τὸν Ἴσθμὸν ἐκομίσατε, ὑπο-
 δεξάμενοι ἀπὸ τῶν Σκιρωνίδων μετὰ τῆς μη-
 τρὸς ἐμπεσόν· καὶ νῦν σὺ τὸν κιθαρωδὸν τῶτον
 τὸν ἐκ Μηθύμνης ἀναλαβὼν, ἐξενήξω ἐς Ταΐνα-
 ρον αὐτῇ σκευῇ, καὶ κιθάρα· ἔδὲ περιεΐδες κα-
 κῶς ὑπὸ τῶν ναυτῶν ἀπολλύμενον· ΔΕΛ. μὴ
 θαυμάσης, ὦ Πόσειδον, εἰ τὰς ἀνθρώπους εὖ
 ποιᾶμεν, ἐξ ἀνθρώπων γε καὶ αὐτοὶ ἰχθύες γε-
 νόμενοι. ΠΟ. καὶ μέμφομαί γε τῷ Διονύσῳ,
 ὅτι

Neptuni et Delphinum.

NEP. Recte vero, Delphines, quod semper
 amantes sitis hominum; etenim olim
 Inus filium ad Isthmum detulistis exceptum,
 quum a Scironiis saxis cum matre incideret in
 mare; tuque nunc citharoedum illum ex Me-
 thymna postquam dorso subleuassēs cum ipso
 habitu citharoedico et cithara, enatasti ad Taena-
 rum, neque neglexisti male nautarum felere per-
 euntem. DEL. Ne mireris, Neptune, si homini-
 bus benefacimus, ex hominibus quippe ipsi in pi-
 sces versi. NEP. Imo equidem accuso Bacchum,
 B b 5 qui

ὅτι ὑμᾶς καταναυμαχήσας μετέβαλε, δόσον χειρώσασθαι μόνον, ὥσπερ τὰς ἄλλας ὑπηγάγετο. πῶς δ' ἔν τὰ κατὰ τὸν Ἀρίονα τέτον ἐγένετο, ὦ Δελφίν;

ΔΕΛ. Ὁ Περίανδρος, οἶμαι, ἔχαιρεν αὐτῷ, καὶ πολλάκις μετεπέμπετο αὐτὸν ἐπὶ τῇ τέχνῃ. ὁ δὲ πλατήσας παρὰ τῷ τυράννου ἐπιθύμησε, πλεύσας οἰκαδὲ εἰς τὴν Μήθυμναν, ἐπιδείξασθαι τὸν πλῆκτον· καὶ ἐπιβὰς παρθμείῃ τινὸς κακέργων ἀνδρῶν, ὡς ἔδειξε πολὺν ἄγων χρυσόν, καὶ ἄργυρον, ἐπεὶ κατὰ μέσον τὸ Αἰγαῖον ἐγένοντο, ἐπιβλεύουσιν αὐτῷ οἱ ναῦται. ὁ δὲ (ἡκροώμην γὰρ ἅπαντα παρανέων τῷ σιάφει) ἐπεὶ ταῦτα ὑμῖν δέδοκται, ἔφη, ἀλλὰ τὴν σκευὴν ἀναλα-

quī vobis praelio nauali victis formam mutauit, quum decuisset in potestatem redigere tantum, quo pacto alios sibi subiecit. At quomodo, quae ad Arionem istum spectant, sunt facta, Delphin?

DEL. Periander, opinor, delectabatur eo, et saepius arcessebat ob artis excellentiam: hunc autem nactum a tyranno diuitias desiderium cepit domum redeundi Methymnam ad ostentandas opes. Quare conscensa vectoria naucula maleficorum hominum, ut prae se tulit multum ferre se auri et argenti, vbi medium Aegaeum tetigerunt, insidiantur ipsi nautae. Tum ille (auscultabam enim omnia adnatans nauigio) quandoquidem id vobis constitutum est, inquit, at ornatum sumto,

ἀναλαβόντα με, καὶ ἄσαντα θρήνόν τινα ἐπ' ἐμαυτῷ, ἐκόντα ἑάσατε ῥίψαι ἐμαυτόν. ἐπέτρεψαν οἱ ναῦται, καὶ ἀνέλαβε τὴν σκευὴν, καὶ ἤσσε πάνυ λιγυρῶς· καὶ ἔπεσεν εἰς τὴν θάλατταν, ὡς αὐτίκα πάντως ἀποθανέμενος. ἐγὼ δὲ ὑπολαβὼν, καὶ ἀναθέμενος αὐτόν, ἐξενηξάμην ἔχων εἰς Ταίναρον. ΠΟΣ. ἐπαινῶ τῆς Φιλομυσίας· ἄξιον γὰρ τὸν μισθὸν ἀποδέδωκας αὐτῷ τῆς ἀκροάσεως.

sumto, decantatoque lessō sponte finite me proicere memet ipsum: mox citharoedi habitum indutus cecinit admodum argute, ceciditque in mare, quasi statim plane periturus. Ego autem susceptum impositumque dorso ferens enataui ad Taenarum. NEP. Equidem laudo te ob studium illud musices; dignam enim mercedem reddidisti ipsi auditae cantionis.

IX.

Ποσειδῶνος καὶ Νηρηίδων.

ΠΟΣ. Τὸ μὲν ξενὸν τέτο, εἰς δ' ἡ παῖς κατηνέχθη, Ἑλλήσποντος ἀπ' αὐτῆς καλίσθω.

Neptuni et Nereidum.

NEP. Fretum illud angustum, quo puella delapsa est, Hellepontus ab ea voce-

λείσθω· τὸν δὲ νεκρὸν ὑμεῖς, ὦ Νηρηίδες, παραλαβῶσα τῇ Τρωάδι προσενέγκατε, ὡς ταφείη ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων. ΝΗ. μηδαμῶς, ὦ Πόσειδον· ἀλλ' ἐνταῦθα ἐν τῷ ἐπωνύμῳ πελάγει τεθάφθω· ἐλεῶμεν γὰρ αὐτὴν οἰκτίσας ὑπὸ τῆς μητριᾶς πεπονθυῖαν. ΠΟ. τᾶτο μὲν, ὦ Ἀμφιτρίτη, ἔθιμις. ἔδ' ἄλλως καλὸν ἐνταῦθα πεκίσθαι ὑπὸ τῇ ψάμμῳ αὐτὴν, ἀλλ' ἔπερ' ἔφην ἐν τῇ Τρωάδι ἢ ἐν τῇ Χερρόνησῳ τεθάψεται. ἐκεῖνο δὲ παραμύθιον ἔμικρόν ἐστι αὐτῇ, ὅτι μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ καὶ ἡ Ἰνώ πείσεται, καὶ ἐμπεσεῖται ὑπὸ τῷ Ἀθάμαντος διωκομένη εἰς τὸ πέλαγος, ἀπ' ἧκε τῷ Κιθαίρειῳ νος, καθόπερ καθήκει εἰς τὴν θάλασσαν, ἔχουσα

vocetur: cadaver autem vos, Nereides, acceptum ad Troadem deferre, ut sepeliatur a regionis incolis. NER. Neutiquam, Neptune; verum hoc ipso in pelago, cui nomen dedit, sepeliatur: miseret enim nos eius, quae miseranda fuit a nouerca passa. NEP. Id quidem, Amphitrite, fas non est; neque porro decorum isthuc alicubi iacere eam sub arena: sed, quod dixi, in Troade aut Chersoneso mox sepulturae mandabitur: id autem solatium erit ipsi non mediocre; quod post paulo eadem et Ino patietur, praecepsque cadet ab Athamante fugata in pelagus ex summo Cithaerone, qua parte protenditur ad mare, gerens praeterea si-

σα καὶ τὸν υἱὸν ἐπὶ τῆς ἀγκάλης. ΝΗ. ἀλλὰ καὶ κείνην σῶσαι δεήσει, χαρισαμένως τῷ Διονύσῳ· τροφὸς γὰρ αὐτῇ καὶ τίτθῃ ἡ Ἰνώ.

ΠΟ. Οὐκ ἔχρην ἔτω πονηρὰν ἔσαν· ἀλλὰ τῷ Διονύσῳ ἀχαρισεῖν, ὧ Ἀμφιτρίτῃ, ἐκ ἄξιον. ΝΗ. αὕτη δὲ ἄρα τί παθῆσα κατέπεσεν ἀπὸ τῆς κριῆς; ὁ ἀδελφὸς δὲ ὁ Φρύξος ἀσφαλῶς ἐχειῖται; ΠΟ. εἰκότως· νεανίας γάρ, καὶ δύναται ἀντέχειν πρὸς τὴν Φορὰν· ἡ δὲ ὑπὸ ἀνδρείας ἐπιβῆσα ἐχίματος παραδόξου, καὶ ἀπιδούσα ἐς βάθος ἀχανές, ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ θάμβει ἅμα σχεθεῖσα 7), καὶ πληγιά-
σασα

ea filium in vlnis. NER. Sed illam quoque servare nos oportebit gratificantes Baccho; nam nutrix praebeuit illi mammas Ino.

2. NEP. Haud oportebat tam malam; sed Baccho gratiam illam negare, Amphitrite, non aequum est. NER. Helle vero, qui factum est, ut deciderit ab ariete, quum frater eius Phryxus absque periculo vehatur? NEP. Et merito quidem: nam iuuenis est, ac potest sustinere se aduersas morus celeritatem: illa autem prae insolentia, quum incendisset vehiculum prorsus inusitatum, et prospectasset in profundum immense patens, obstupescita, aestuque simul aëris correpta,
et ver-

7. Τῷ θάμβει ἅμα σχεθεῖσα] Scio recte dici θάμβει vel ἐκπλήξει ἔχασθαι. Sed quorsum in hac lectione pertineat ἅμα, expe-

σασα 8) πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πτήσεως, ἀκρα-
τῆς ἐγένετο τῶν κεράτων τῷ κριῖ, ὧν τείως
ἐπειλήπτο, καὶ κατέπεσεν ἐς τὸ πέλαγος. ΝΗ.
ἐκέν

et vertigine ex violentia volatus, e manibus
amisit arietis cornua, quae hactenus pre-
hensa tenuerat, et defluxit in mare. NER.
Non

expedire nequeo: ista sane particula diuer-
sum quiddam postulat ab ἐκπλήξει, quod
simul cum stupore tenellam virginem corri-
puerit, praecipitemque labi fecerit in ma-
re. Quocirca, quod repudiauit Gracinius,
patrocinium istius scripturae τῷ θάλπει
non subterfugio: θάλπος enim interpreta-
ri licet *feruorem aëris*, qui spiritum delica-
tulae virginis intercēpit eo facilius, quod
aries impetu volatus altioris celerissimo
proueheretur. Vt aëri aestu Solis ca-
lescente θάλπος, sic et alia pari potestate
vocabula tribuuntur, Φλέγμα, καῦμα,
πνίγος, hoc quidem ex eo dictum, quod
suffocet, et animae meatum impediat: op-
portunum ergo πνίγει, θάλπει συνέχε-
σθαι. Ita commodum erit ΤΩ θάλπει,
et ἅμα suum locum iure tuebitur. Hemst.

8. Ἰλιγγιάσασα] Σκοτοδιῶσα. vox Syracu-
sana, ὅταν δὲ περὶ τὴν καρδίαν ξρόφος γέ-
νηται, ἐπακολουθεῖ σκότος, καὶ τῷ τοῦ
πᾶθος καλῶσιν ἰλιγγον. Interp. Aristophan.
Acharn. Bourdel.

ἐκὼν ἐχρῆν τὴν μητέρα τὴν Νεφέλην βοηθεῖν
πιπτέσῃ; ΠΟ. ἐχρῆν· ἀλλ' ἡ Μοῖρα πολλῷ
τῆς Νεφέλης δυνατωτέρα.

Non oportebat matrem Nephelen auxilium fer-
re cadenti? NEP. Oportebat: sed fatum mul-
to Nephelle potentius.

X.

Ἴριδος καὶ Ποσειδῶνος.

ΙΡΙΣ. Τὴν νῆσον τὴν πλανωμένην, ὦ Ποσειδον,
ἀποσπασθεῖσαν τῆς Σικελίας, ὕφα-
λον ἐπινήχουσαι συμβέβηκε. ταύτην, φησὶν
ὁ Ζεὺς, σῆσον ἤδη, καὶ ἀνάφηνον, καὶ ποιήσον
ἤδη δῆλον ἐν τῷ Αἰγαίῳ μέσῳ βεβαίως μένειν,
σηρῆξας πάνυ ἀσφαλῶς· δεῖται γάρ τι αὐτῆς.
ΠΟ. πεπεράζεται τῷτο, ὦ Ἴρι. τίνα δὲ ὅμως
παρέξει αὐτῷ τὴν χρεῖαν ἀναφανείσα, καὶ
μηκέτι

Iridis et Neptuni.

IRIS. Insula ista errans, Neptune, auulsa a Si-
cilia, recta fluctu adhuc natat: eam ipsam,
ait Iupiter, e vestigio constitue, inque lucem
profer, et fac iam ut conspicua in Aegaeo me-
dio stabilisque maneat, firmata immotis radici-
bus: non enim nullus erit eius usus. NEP. Iam-
iam factum erit, Iri: verumtamen quem praebe-
bit ipsi usum in lucem educta, neque amplius
inna-

μηκέτι πλέεσα; IP. τὴν Λητὴν ἐπ' αὐτῆς δεῖ ἀπο-
 κυῆσαι· ἤδη γὰρ πονήρως ὑπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει.
 ΠΟ. τί ἔν; ἔχ' ἱκανὸς ὁ ἔρανος ἐντεκεῖν; εἰ δέ
 μὴ ἔτος, ἀλλὰ γε πᾶσα ἡ γῆ ἐκ ἂν ὑποδέξα-
 σθαι δύναιτο τὰς αὐτῆς γονάς; IP. ἐκ, ὦ Πό-
 σειδον· ἡ Ἥρα γὰρ ὄρεω μεγάλῃ κατέλαβε τὴν
 γῆν, μὴ παρασχεῖν τῇ Λητοῖ τῶν ὠδίνων ὑπο-
 δοχὴν. ἡ τοίνυν νῆσος αὐτῇ ἀνώμοτος ἐστίν·
 ἀφανὴς γὰρ ἦν.

ΠΟ. Συνίημι. ἤθ' οἱ, ὦ νῆσε, καὶ ἀνάδυσθαι
 αὐθις ἐκ τῆ βυθῆ, καὶ μηκέτι ὑποφέρειν, ἀλλὰ
 βεβαίως μένει, καὶ ὑπόδεξαι, ὦ εὐδαιμονεσά-
 τη, τῆ ἀδελφῆ τὰ τέκνα δύο, τὰς καλλίσους
 τῶν θεῶν. καὶ ὑμεῖς, ὦ Τρίτωνες, διαπορθμεύ-
 σα-

innatans? IR. Latonam in ea insula oportet par-
 tum deponere: iam nunc enim male a dolori-
 bus habet. NEP. Quid ergo? non idoneum est
 coelum, in quo pariat? hoc si minus, at tota
 saltem terra nonne excipere possit Latonae par-
 tus? IR. Minime, Neptune: nam Iuno iureiu-
 rando graui obstrinxit terram, ne praeberet La-
 tonae commodam pariendo sedem: iam isthaec in-
 sula iurata non est, quippe nondum conspicua.

2. NEP. Rem teneo. Consiste, insula,
 atque emerge iterum ex profundo, nec por-
 ro sub vndis ferare; sed fixa mane, ac su-
 scipe, fortunatissima, fratris liberos binos,
 pulcerrimos Deorum. Vos, Tritones, trans-
 vehite

σατε τὴν Λητὴν εἰς αὐτήν· καὶ γαλήνᾳ ἅπαν-
τα ἔσω. τὸν δράκοντα δὲ, ὃς νῦν ἐξοισεῖ αὐ-
τὴν φοβῶν, τὰ νεογνὰ, ἐπειδὴν τεχθῇ, αὐτί-
κα μέτεισι, καὶ τιμωρήσει τῇ μητρὶ· σὺ δὲ
ἐπάγγελε τῷ Διὶ πάντα εἶναι εὐτρεπῆ. ἔση-
κεν ἡ Δῆλος· ἤκέτω ἡ Λητὴ καὶ τικτέτω.

vehite Latonam eo; cunctaque stent tranquilla.
Draconem vero, qui nunc velut oestro exagitat
illam territans, infantes, mox atque nati fue-
rint, vlciscetur, ac poenas expetent pro matre.
Tu renuncia Ioui, omnia esse parata: constitit
Delus; veniat Latona et pariat.

XI.

Ξάνθου καὶ Θαλάσσης.

ΞΑΝ. **Δ**έξαί με, ὦ θάλασσα, δεινὰ πεπον-
θότα· κατὰσβεσόν με τὰ τραύμα-
τα. ΘΑ. τί τῆτο, ὦ Ξάνθε; τίς σε κατέκαυ-
σεν; ΞΑ. ἩΦαισος. ἀλλ' ἀπὸν θράνωμαι ὅλως
ὁ κακοδαίμων, καὶ ζέω. ΘΑ. διατί δέ σοι ἐνέ-
βαλε

Xanthi et Maris.

ΧΑΝ. **R**ecipe me, Mare, grauiam passum; re-
stingue mea vulnera. ΜΑΡ. Quid
hoc est rei, Xanthe? quis te exussit? ΧΑΝ.
Vulcanus: imo torrefactus sum plane ego mi-
ser, et ferueo. ΜΑΡ. Quam vero ob causam
Cc tibi

βαλε τὸ πῦρ; Ξ Α. διὰ τὸν υἱὸν τῆς Θέτιδος· ἐπεὶ γὰρ Φενεύοντα τὰς Φρύγας ἰκέτευσα, ὃδ' ἐκ ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν νεκρῶν ἀπέφραττε μοι τὸν ῥῆν, ἐλεήσας τὰς ἀθλίους ἐπῆλθον, ἐπικλύσαι θέλων, ὡς φοβηθεὶς ἀπόσχοιτο τῶν ἀνδρῶν.

Ἐνταῦθα ὁ Ἥφαιστος, ἔτυχε γὰρ πλησίον πε ὦν, πᾶν ὅσον, οἶμαι, πῦρ εἶχε, καὶ ὅσον ἐν τῇ Αἴτνῃ, καὶ εἶποθι ἄλλοθι, φέρων ἐπῆλθέ μοι· καὶ ἔκαυσε μὲν τὰς πτελέας, καὶ μυρίας· ὥπτησε δὲ καὶ τὰς κακοδαίμονας ἰχθῦς, καὶ τὰς ἐγχέλουας· αὐτὸν δὲ ἐμὲ ὑπερναχλάσαι ποιήσας μικρὰ δεῖν, ἔλον ξηρὸν ἐργασαι. ὀρῆς δ' ἔν, ὅπως διάκειμαι ὑπὸ τῶν ἐγκαυμάτων.

Θ Α.

tibi iniecit ignem. X A N. Ob filium Thetidis: quum enim occidentem Phrygas supplex adirem, atque ille tamen iram non remitteret, quin etiam cadaueribus obstrueret mihi flumen, miseratus infelices irruì tanquam vndis merfurus, quo territus abstineret se a virorum caede.

2. Ibi tum Vulcanus (forte enim propius aderat) quantum, credo, habebat ignis, et quodcumque in Aetna; et sicubi vsquam collecto, impetum in me fecit, incenditque vltimos ac myricas: tum quoque assauit infelicissimos pisces et anguillas: ipsum vero me quum efferuescisset, parum abest, quin totum aridum reddiderit. Vides igitur, quomodo sim adfectus ab istis incendii notis.

M A R.

Θ Α. Θολερὸς 9), ὦ Ξάνθε, καὶ θερμὸς, ὡς εἰ-
κός· τὸ αἷμα μὲν ἀπὸ τῶν νεκρῶν· ἡ θερμὴ δέ,
ὡς Φῆς, ἀπὸ τῆς πυρός. καὶ εἰκότως, ὦ Ξάν-
θε, ὃς ἐπὶ τὸν ἐμὸν υἱὸν ὠρμησας, ἐκ αἰδεσθῆς
ὅτι Νηρηΐδος υἱὸς ἦν. Ξ Α. ἐκ ἔδει ἔν ἐλεῆσαι
γείτονας ὄντας τὰς Φρύγας; Θ Α. τὸν Ἡφαιστον
δὲ ἐκ ἔδει ἐλεῆσαι Θέτιδος υἱὸν ὄντα τὸν Ἀχιλ-
λέα;

MAR. Turbidus, o Xanthe, atque aestuans, ut
par erat: sanguis a cadaueribus; aestus, ut ais,
ab igne. Neque id immerito, Xanthe, qui in
meum nepotem irruisti, non veritus nec cogi-
tans Nereidis esse filium. XAN. Non decebat
ergo misericordia tangi vicinorum meorum
Phrygum? MAR. Et Vulcanum non decebat
misericordia tangi Achillis, qui Thetidis esset
filius.

9. Θολερὸς] Nihil prius in mentem veniat,
quam Θολερῶς et θερμῶς, scilicet διάκει-
σαι. quia praecessit διάκειμαι. Mox ἐπὶ
τὸν ἐμὸν υἱὸν stare non potest: quas enim
manifesto discreuit Θάλατταν et Θέτιν,
cuius incogitantiae foret, hic easdem con-
miscere? Nihil occurrit melius, quam Co-
gnati υἱόν. Hemst.

XII.

Δώριδος καὶ Θέτιδος.

ΔΩΡ. **Τ**ί δακρυῦεις, ὦ Θέτι; ΘΕ. καλίστην,
 ὦ Δωρί, κόρην εἶδον ἐς κιβωτὸν ὑπὸ
 τῷ πατρὸς ἐμβληθεῖσαν, αὐτὴν τε, καὶ βρέ-
 Φος αὐτῆς ἀρτιγεννητον· ἐνέλευσε δὲ ὁ πατήρ
 τὰς ναύτας, ἀναλαβόντας τὸ κιβώτιον, ἐπει-
 δὲν πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσωσιν, ἀφείναι
 ἐς τὴν θάλασσαν, ὥς ἀπόλοιτο ἡ ἀθλία, καὶ
 αὐτὴ καὶ τὸ βρέφος. ΔΩ. τίνος δ' ἔνεκα, ὦ
 ἀδελφῇ, ἐπεὶ ἑμαυτὸς ἀκριβῶς ἅπαντα; ΘΕ.
 Ἀκρίσιος ὁ πατήρ αὐτῆς καλίστην ἔσαν ἔπαρ-
 θένευεν, εἰς χαλκὴν τινα θάλαμον ἐμβαλὼν.
 εἶτα

Doridis et Thetidis.

DOR. **Q**uid lacrimare, Theti? THE. For-
 mosissimam, Dori, vidi puellam in
 cistam a patre coniectam, tum ipsam, tum in-
 fantem eius modo natum: iussit autem pater
 nautas sublatam arcam, vbi longe a terra pro-
 cesserint, demittere in mare, vt intereat mise-
 ra et ipsa et infans. DOR. Quam ob cau-
 sam, soror, quandoquidem didicisse accu-
 rate videris omnia? THE. Acrisius pater
 eius forma praestantem seruabat virginem,
 ideoque in aereum thalamum incluserat. Tum
 porro

εἶτα τὸ μὲν ἀληθὲς ἐκ ἔχω εἰπεῖν· Φασὶ δ' εἶν
τὸν Δία, χρυσὸν γενόμενον, ῥυῖναι διὰ τῷ ὀρό-
φῳ ἐπ' αὐτήν· δεξαμένην δ' ἐκείνην εἰς τὸν κόλ-
πον καταρρέοντα τὸν θεόν, ἐγκύμονα γενέσθαι.
τῷτο αἰσθόμενος ὁ πατήρ, ἄγριός τις καὶ ζη-
λότυπος γέρον, ἠγανάκτησε· καὶ ὑπότινος με-
μοιχεῦσθαι οἴηθείς αὐτὴν ἐμβάλλει εἰς τὴν κι-
βωτὸν ἄρτι τετοκυῖαν.

ΔΩ. Ἡ δὲ τί ἐπραττεν, ὦ Θετί, ὁπότε
καθίετο; ΘΕ. ὑπὲρ αὐτῆς μὲν ἐσίγα, ὦ Δωρί,
καὶ ἔφερε τὴν καταδίκην· τὸ βρέφος δὲ παρη-
τεῖτο μὴ ἀποθανεῖν, δακρύουσα καὶ τῷ πάππῳ
δεικνύουσα αὐτὸ, κάλλιπον ὄν· τὸ δὲ ὑπ' ἀγνοίας
τῶν κακῶν καὶ ἐμειδία πρὸς τὴν θάλασσαν.
ὑπο-

porro quid reuera sit factum, dicere non habeo:
aiunt tamen Iouem in aurum mutatum fluxisse
per tectum ad eam; quae, recepto in sinum de-
fluente Deo, grauida fit facta. Hoc quum sen-
fisset pater, ferus aliquis et aemulatione ferui-
dus senex, aegerrime tulit; et ab aliquo adul-
teratam suspicatus immittit in arcam partu modo
edito.

2. D O R. Illa vero quid faciebat, Theti, quan-
do demittebatur? T H E. Pro se quidem tacebat,
Dori, aequo animo ferens sententiam: at infan-
tem deprecabatur, ne interiret, multis cum lacri-
mis auo ostendens illum pulcerrima specie: is au-
tem ignarus malorum etiam arridebat ad mare.

ὑποπίμπλαμαι αὐθις τὰς ὀφθαλμὰς δακρύων,
μνημονεύουσα αὐτῶν. ΔΩ. καὶ με δακρύουσα ἐποίη-
σας. ἀλλ' ἤδη τεθναῖσιν; ΘΕ. ἔδαμῶς· νήχε-
ται γὰρ ἔτι ἡ κιβωτὸς ἀμφὶ τὴν Σέριφον, ζῶν-
τας αὐτὰς φυλάττεσα. ΔΩ. τί ἐν ἐχί σώ-
ζομεν αὐτὴν, τοῖς ἀλιεῦσι τέτοις ἐμβλαῖναι εἰς
τὰ δίκτυα τοῖς Σεριφίοις; οἱ δὲ ἀνασπᾶσαντες
σώσασσι δηλονότι. ΘΕ. εὖ λέγεις, ἔτω ποιῶ-
μεν. μὴ γὰρ ἀπολέσθω μήτε αὐτὴ, μήτε τὸ
παιδίον ἔτως ὢν καλόν.

Complentur iterum oculi lacrimis ista repetenti.
DOR. Et me ad lacrimas prouocasti. Verum
num mortui iam sunt? THE Neutiquam:
natat enim haecenus arca circa Seriphum, vi-
vosque eos custodit. DOR. Quid itaque non
seruamus eam, et piscatoribus iniicimus in re-
tia Seriphiis istis: hi nimirum extractam serua-
bunt. THE. Recte mones: ita faciamus: ne
enim intereat nec ipsa, nec infans tam for-
mosus.

XIII.

Ποσειδῶνας καὶ Ἐνιπέως.

ENI. **Ο**ὐ καλὰ ταῦτα, ὦ Ποσειδον· εἰρήσεται γὰρ τάληθές· ὑπελθὼν με τὴν ἐρωμένην, εἰκασθεὶς ἐμοί, διεκόρησας τὴν παῖδα· ἡ δὲ ᾤετο ὑπ' ἐμῶν ταῦτα πεπονθέναι, καὶ διὰ τῆτο παρεῖχεν ἑαυτήν. ΠΟ. σὺ γὰρ, ὦ Ἐνιπεῦ, ὑπεραπτικὸς ἦσθα, καὶ βραδύς, ὅς κ' ὀφείλω καλῆς Φοιτῶσης ὁσημέραι παρὰ σέ, ἀπολυμένης ὑπὸ τῆς ἐρωτος, ὑπερεώρας, καὶ ἔχαιρες λυπῶν αὐτήν· ἡ δὲ παρὰ τὰς ὀχθὰς ἀλύεσα, καὶ ἐπεμβαίνεσά, καὶ λεομένη ἐνίστε, εὐχετό σοι ἐντυχεῖν· σὺ δ' ἐθρύπτετο πρὸς αὐτήν.

EN.

Neptuni et Enipei.

ENI. **N**on bella sunt ista, Neptune; dicetur enim veritas. Per fraudem obrepens amicae meae, meam formam mentitus, vitiaisti puellam: at illa putabat a me haec se fuisse passam; ideoque praebebat sese. NEP. Etenim, Enipeu, fastosus eras et tardus, qui puellam tam pulchram ventitantem quotidie ad te, percurrentem amore despiceres, atque etiam laetareis aegre faciendo. Illa interim ad ripas tuas moesta oberrabat, atque ingressa imo et se lavans aliquando, optabat te potiri: tu vero fastidiosum te gerebas erga illam

ΕΝ. Τί ἔν; διὰ τῆτο ἔχρην σε προαρπάσαι τὸν ἔρωτα, καὶ καδυποκρίνεσθαι Ἐνιπέα ἀντὶ Ποσειδῶνος εἶναι, καὶ κατασοφίσασθαι τὴν Τυρῶ, ἀφελῇ κόραν οὔσαν. ΠΟ. ὁψὲ ζυλοτυπῆς, ὦ Ἐνιπεῦ, ὑπερόπτης πρότερον ὢν. ἡ Τυρῶ δὲ ἔδεν δεινὸν πέπονθεν, οἰομένη ὑπὸ σῆ διακεκορῆσθαι. ΕΝ. ἔμενεν· ἔφης γὰρ ἀπιὼν ὅτι Ποσειδῶν ἦσθα· ὃ καὶ μάλιστα ἐλύπησεν αὐτήν· καὶ ἐγὼ τῆτο ἡδίκημα, ὅτι τὰ ἐμὰ σὺ εὐφραίνε τότῃ, καὶ περισήσας πορφύρεόν τι κῦμα, ὅπερ ὑμᾶς συνέκρυπτε ἅμα, συνῆσθα τῇ παιδί ἀντ' ἐμῆ. ΠΟ. σὺ γὰρ ἂν ἔθελες, ὦ Ἐνιπεῦ.

2. ENI. Quid ergo? proptereane oportebat te praeipere meum amorem, et simulare Enipei personam pro Neptuno, doloque circumvenire Tyro simplicem puellam? NEP. Sero nunc aemulatione tangeris; Enipeu, qui prius superbe spreuisti: nihil autem Tyro mali contigit, quum putabat virginitatem suam a te immiui. ENI. Haud ita sane: dixisti enim, quum abires, te Neptunum esse; quod et maximum in modum illam pupugit: ea quoque in me iniuria redundauit, quod tu vicem meam gaudia tunc ferres; et circumiecto purpureo fluctu, qui vos contegebat una, rem haberes cum puella pro me. NEP. Quippe tu nolebas, Enipeu.

XIV.

Τρίτωνος καὶ Νηρηίδων.

ΤΡΙ. Τὸ κῆτος ὑμῶν, ὦ Νηρηίδες, δ' ἐπὶ τὴν
 τῷ Κηφέως θυγατέρα τὴν Ἀνδρoμέ-
 δαν ἐπέμψατε, ἔτε τὴν παῖδα ἠδίκησεν, ὡς
 οἶσθε, καὶ αὐτὸ ἤδη τέθνηκε. ΝΗ. ὑπὸ τί-
 νος, ὦ Τρίτων; ἢ ὁ Κηφεύς, καθάπερ δέλταρ
 προθεῖς τὴν κόρην, ἀπέκτεινεν ἐπιῶν, λοχή-
 σας μετὰ πολλῆς δυνάμεως; ΤΡ. ἔκ' ἄλλ' ἴσε,
 οἶμαι, ὦ Ἰφιάνασσα, τὸν Περσεύ, τὸ τῆς Δα-
 νᾶς παιδίον, ὃ μετὰ τῆς μητρὸς ἐν τῇ κιβωτῇ
 ἐμβληθὲν ἐς τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῷ μητροπά-
 τορος ἐσώσατε, οἰκτεῖρασθαι αὐτὰς. ΙΦ. οἶδα
 ὃν λέγεις. εἰκὸς δὲ ἤδη νεανίαν εἶναι, καὶ μά-
 λα

Tritonis et Nereïdum.

ΤΡΙ. Cetus ille vester Nereïdes, quem in Ce-
 pheï filiam Andromedam immisistis,
 nec puellam laesit, vt arbitramini, et ipse iam
 interiit. ΝΕΡ. Α. quo, Triton? an Cepheus,
 tanquam esca proposita virgine, interemit ador-
 tus, inque insidiis locatus cum multa manu?
 ΤΡΙ. Non: at nouistis, opinor, Iphianassa,
 Perseum Danaës filium, quem cum matre in
 cista proiectum in mare ab auo materno serua-
 stis eorum misertae. ΙΠΗ. Noui, quem dicas:
 credibile est eum iam iuuenem esse, ac valde
 C c 5 stre-

λα γενναῖόν τε καὶ καλὸν ἰδεῖν. ΤΡ. ἔτος ἀπέκτεινε τὸ κῆτος. ΙΦ. διατί, ὦ Τρίτων; ἔ γάρ δὴ σῶσρα ἡμῖν τοιαῦτα ἐκτίνειν αὐτὸν ἐχρῆν.

ΤΡ. Ἐγὼ ὑμῖν Φράσω τὸ πᾶν, ὡς ἐγένετο· ἐς ἅλη μὲν ἔτος ἐπὶ τὰς Γοργόνας, ἄθλόν τινα τέτον τῷ βασιλεῖ ἐπιτελῶν. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἐς τὴν Λιβύην, ἐνθα ἦσαν. ΙΦ. πῶς, ὦ Τρίτων, μόνος, ἢ καὶ ἄλλες συμμάχες ἦγεν; ἄλλως γὰρ δύσπορος ἢ ἡδός. ΤΡ. διὰ τῆ ἀέρος· ὑπόπτερον γὰρ αὐτὸν ἢ Ἀθηναῖ εἴθηκεν. ἐπεὶ δ' ἐν ἦκεν, ὅπερ διητῶντο, αἱ μὲν ἐκάθευδον, οἶμα, ὁ δὲ ἀποτεμὼν τῆς Μεδύσης τὴν κεφαλὴν ὥχετο ἀποπτάμενος. ΙΦ. πῶς ἰδὼν; ἀθέα-

strenuum, pulcrumque adspectu. TRI. Hic interfecit cetum. IPH. Quam ob causam, Triton? hand enim sane salutis praemia nobis talia exsoluere ipsum decebat.

2. TRI. Ego vobis indicabo rem omnem, ut facta fuit. Iter hic ingressus est aduersus Gorgonas, certamen istud regi peracturus: postquam autem peruenit in Libyam, ubi erant. IPH. Quomodo, Triton, solus? an et alios secum socios duxit? ceteroquin enim difficilis est via. TRI. Per aërem; nam alis eum Minerua instruxit. Postquam ergo venit, ubi degebant, illae dormiebant; ut puto; hic, abscisso Medusae capite, volando aufugit. IPH. Quo tandem pacto conspiciens? eas

ἀθέατοι γὰρ εἰσιν· ἢ δὲ ἂν ἴδῃ, ἔτι ἄλλο με-
 τὰ ταῦτα ἴδοι. TR. ἡ Ἀθηνᾶ τὴν ἀσπίδα
 προφαίνουσα· τοιαῦτα γὰρ ἤκουσα διηγούμενου
 αὐτῆς πρὸς τὴν Ἀνδρομέδαν, καὶ πρὸς τὸν Κη-
 Φέα ὕσερον· ἡ Ἀθηνᾶ δὲ IC) ἐπὶ τῆς ἀσπίδος
 ὑποσιμβάσης, ὥσπερ ἐπὶ κατόπτρι, παρέσχευ
 αὐτῇ ἰδεῖν τὴν εἰκόνα τῆς Μεδέσης· εἶτα λαβό-
 μενος

eas enim intueri nefas est: sin, quicumque vi-
 derit, nihil aliud amplius postea videat. TRI.
 Minerva clypeum praetendens, nam talia enar-
 rantem eum audiri Andromedae, et Cepheo
 postmodum, Minerva, inquam, in clypeo
 resplendente, velut in speculo, exhibuit ipsi
 videndam imaginem Medusae: tum Perseus, cor-
 repta

10. Ἡ Ἀθηνᾶ δὲ] Inseruit haec particula re-
 petendae, quae fuerat abrupta, orationi:
 eundem usum habet ἔτι, γὰρ. Saepius au-
 tem tali modo dicendorum intercisa series
 ἀνακολληθίαν orationis efficit, sed decoram,
 et qualem a suis scriptis castigatissimi aucto-
 res abesse nolint: sequitur ἐπὶ τῆς ἀσπί-
 δος ὑποσιμβάσης· quod verbum ut nusquam
 reperiatur, nisi vel, paululum modo splen-
 dere, vel, inter obstantia plura radiis emi-
 care: neutrum huic loco congruit; litera
 minus est, ne integrum videatur; legen-
 dum enim ἀποσιμβάσης Nostro satis fre-
 quens. Hcmst.

μενος τῇ λαιᾷ τῆς κόμης, ἐνορῶν δὲ τὴν εἰκόνα, τῇ δεξιᾷ τὴν ἄρπην ἔχων, ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· καὶ πρὶν ἀνέγρεσθαι τὰς ἀδελφαὺς ἀνέπτατο.

Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν παράλιον ταύτην Αἰθιοπίαν ἐγένετο, ἥδη πρόσγειος πετόμενος, ὄρᾳ τὴν Ἀνδρομέδαν προκειμένην ἐπὶ τινος πέτρας προβλήτος, προσπεπατταλευμένην, καλλίστην, ᾧ θεοὶ, καθειμένην τὰς κόμας, ἡμίγυμνον πολὺ ἔνερθε τῶν μαζῶν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, οἰκτείρας τὴν τύχην αὐτῆς, ἀνηρώτα τὴν αἰτίαν τῆς καταδίκης· κατὰ μικρὸν δὲ ἄλγος ἔρωτι, ἔχρην γὰρ σεσῶσθαι τὴν παῖδα, βοηθεῖν διέγνω. καὶ ἐπειδὴ τὸ κῆτος ἐπῆει μάλα φοβερὸν, ὡς καταπιούμενον τὴν Ἀνδρομέδαν, ὑπεραιωρηθεὶς

repta laeua manu coma, inspectans in imaginem, dextraque harpen tenens defecuit eius caput, et ante quam expergerent sorores euolauit.

3. Vbi vero ad hanc mari praetensam Aethiopiam accessit, iam prope terram volans Andromedam conspicatur expositam in petra quadam prominente clauis adfixam, pulcerrimam Dii! demissis capillis, seminudam multum infra mammas: ille primum, miseratus fortunam eius, sciscitabatur causam supplicii; tum sensim amore captus (oportebat enim seruari puellam) opem ferre constituit. Vbi vero cetus irruebat valde terribilis, quasi denoraturus Andromedam, superne

ρηθείς ὁ νεανίσκος, πρόκωπον ἔχων τὴν ἄρπην,
τῇ μὲν καθικνεῖται· τῇ δὲ προδεικνύς τὴν Γορ-
γόνᾳ λίθον ἐποίει αὐτό. τὸ δὲ τέθνηκε γούν,
καὶ πέπηγεν αὐτῇ τὰ πολλὰ, ὅσα εἶδε τὴν Μί-
δεσαν. ὁ δὲ λύσας τὰ δεσμὰ τῆς παρθένου,
ὑποσχὼν τὴν χεῖρα, ὑπεδέξατο ἀκροποδητὴ
κατιῶσαν ἐκ τῆς πέτρας, ὀλισθηρᾶς ἔσης. καὶ
νῦν γαμεῖ ἐν τῇ Κηφέως. καὶ ἀπάξει αὐτὴν εἰς
Ἄργος· ὥς ἐκ ἀντὶ θανάτου γάμον ἐ τὸν τυχόν-
τα εὔρετο.

NH. Ἐγὼ μὲν ἐ πάνυ τῷ γεγονότι ἄχθο-
μαι· τί γὰρ ἢ πᾶς ἡδίκηι ἡμᾶς, εἴ τι ἢ μήτηρ
ἐμεγαλαύχει τότε, καὶ ἡξίου καλλίων εἶναι;

ΔΩ.

perne pendens iuuenis, capuloque promptam
habens harpen, hac manu ictus demittit, illa,
Gorgone monstrata, in lapidem vertebat: inde
cetus igitur interiit, et obriguerunt eius plerae-
que partes, quae quidem viderant Medusam.
Perseus autem, solutis vinculis virginis, porre-
cta manu sustentavit suspenso pede degredien-
tem ex rupē lubrica; et nunc nuptias celebrat
in Cephei aedibus, abducetque illam Argos:
adeo ut pro morte Andromeda connubium non
vulgare inuenerit.

4. NER. Equidem non admodum, quod fa-
ctum est, grauitero fero: nam quid puella noce-
bat nobis, si quid mater superbius aliquando lo-
quebatur, viderique volebat forma nos anteire?

DOR.

ΔΩ. ὅτι ἔτῳς ἂν ἤλγησεν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ μή-
τηρ γε ἔσα. ΝΗ. μήκέτι μεμνήμεθα, ὦ Δω-
ρὶ, ἐκείνων, εἴ τι βάρβαρος γυνὴ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν
ἐλάλησεν· ἱκανὴν γὰρ ἡμῖν τιμωρίαν ἔδωκε, Φο-
βηθεῖτα ἐπὶ τῇ παιδί. χαίρωμεν ἔν τῳ γάμῳ.

D O R. Imo sic doluisset ob filiam amissam, quip-
pe mater. N E R. Ne ultra meminerimus, o Do-
ri, istorum, si quid barbara mulier supra sortem
suam effutierit: satis enim nobis poenarum de-
dit filiae periculo consternata. Laetemur ergo
nuptiis.

XV.

Ζεφύρου καὶ Νότου.

ΖΕΦ. **Ο**ὐ πώποτε πομπὴν ἐγὼ μεγαλοπρε-
 πεσέραν εἶδον ἐν τῇ θαλάττῃ, ἀφ'
 ἧς εἰμι, καὶ πνέω. σὺ δὲ ἔκ εἶδες, ὦ Νότε;
 ΝΟ. τίνα ταύτην λέγεις, ὦ Ζέφυρε, τὴν πομ-
 πήν; ἢ τίνες οἱ πέμποντες ἦσαν; ΖΕ. ἡδίσου
 θεάματος ἀπελείφθης, οἷον ἐκ ἄλλο ἰδοῖς ἔτι.
 ΝΟ. παρὰ τὴν Ἐρυθρὰν γὰρ θάλασσαν εἰργα-
 ζόμεν· ἐπέπνευσα δὲ τί καὶ μέρος τῆς Ἰνδικῆς,
 ὅσα παράλια τῆς χώρας· ἔδεν ἔν οἶδα, ὣν λέ-
 γεις. ΖΕ. ἀλλὰ τὸν Σιδώνιον Ἀγήνορα εἶδες;
 ΝΟ. ναί· τὸν τῆς Εὐρώπης πατέρα. τί μὲν;
 ΖΕ.

Zephyri et Noti.

ΖΕΡΗ. **N**unquam equidem pompam magnifi-
 centiorem vidi in mari, ex quo sum
 et flo: tu autem nonne vidisti, Note? ΝΟΤ.
 Quam tu istam dicis, Zephyre, pompam? aut
 quinam erant, qui ducerent? ΖΕΡ. Iucundis-
 simo spectaculo caruisti, quale nullum videas in
 posterum. ΝΟΤ. Scilicet ad Rubrum mare ope-
 ram nauabam: imo etiam flando percurri par-
 tem Indiae, quanta mari contingitur eius re-
 gionis: nihil ergo eorum noui, quae dicis. ΖΕΡ.
 At tu Sidonium Agenorem vidisti? ΝΟΤ. Sa-
 ne; Europae patrem: quid tam postea? ΖΕΡ.
 De

ΖΕ. περὶ αὐτῆς ἐκείνης διηγήσομαι σοι. ΝΟ. μὲν ὅτι ὁ Ζεὺς ἐραστὴς ἐκ πολλῆ τῆς παιδός, τῷτο γὰρ καὶ πάλας ἠπισάμην. ΖΕ. ἔκῃν τὸν μὲν ἐρώτα οἶσθα· τὰ μετὰ ταῦτα δὲ ἤδη ἀκούσον.

Ἡ μὲν Εὐρώπη κατεληλύθει ἐπὶ τὴν ἡϊόνα παίζουσα, τὰς ἡλικιώτιδας παραλαβῶσα· ὁ Ζεὺς δὲ, ταύρῳ εἰκάσας ἑαυτὸν, συνέπαιζεν αὐταῖς, κάλλιπος Φαινόμενος· λευκός τε γὰρ ἀκριβῶς, καὶ τὰ κέρατα εὐκαμπής, καὶ τὸ βλέμμα ἡμερος. ἐσκήρτα ἔν καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῆς ἡϊόνος, καὶ ἐμυκάτο ἡδισον, ὥς τε τὴν Εὐρώπην τολμῆσαι καὶ ἀναβῆναι αὐτόν. ὥς δὲ τοῦτ' ἐγένετο, δρομαῖος μὲν ὁ Ζεὺς ὤρμησεν ἐπὶ τὴν
θάλατ-

De illa ipsa 'narrabo' tibi. NOT. Num hoc, Iovem esse amatorem iamdudum puellae? istuc equidem olim. compertum habebam. ZEP. Igitur amorem nosti: quae vero sunt consecuta iam nunc audi.

2. Europa descenderat ad litus ludibunda, aequalibus adsumtis comitibus: ibi Iupiter, tauro quum se adfimilasset, vna ludebat pulcerrimusque videbatur: etenim albus erat perfecte, cornibusque scite intortis, et vultu placido: lascivius ergo subsultabat in litore, mugiebatque suavissime, sic ut Europa auderet etiam inscendere taurum. Quod ubi factum est, tum cursu citatissimo Iupiter ad mare festinavit

θάλατταν Φέρων αὐτήν, καὶ ἐνήχετο ἐμπεσών·
 ἡ δὲ πᾶν ἐκπλαγεῖσα τῷ πράγματι, τῇ λαϊᾷ
 μὲν εἶχετο τῷ κέρατος, ὡς μὴ ἀπολισθαίνοι II)·
 τῇ ἐτέρᾳ δὲ ἠνεμωμένον τὸν πέπλον ξυνεῖχε.

NO. Ἦδὺ τῷτο θέαμα, ὦ Ζέφυρε, εἶδες
 καὶ ἐρωτικόν, νηχόμενον τὸν Δία, Φέροντα τὴν
 ἀγαπωμένην. ZE. καὶ μὲν τὰ μετὰ ταῦτα
 ἡδίῳ παραπολὺ, ὦ Νότε· ἡ τε γὰρ θάλαττα
 εὐθὺς ἀκύμων ἐγένετο, καὶ τὴν γαλήνην ἐπι-
 σπασαμένη λείαν παρείχεν ἑαυτήν. ἡμεῖς δὲ
 πάν-

vit ferens illam; iamque natabat illapsus. Eu-
 ropa vero mirifice perculsa eo negotio laeua ap-
 prehenderat cornu, ne deflueret; altera vento
 agitarum peplum continebat.

3. NOT. Iucundum illud spectaculum, Ze-
 phyre, vidisti, et amatorium, nantem Iouem,
 portantemque dilectam. ZEP. Imo quae post-
 ea consequuntur iucundiora multo, Note: nam
 pelagus statim fluctibus vacauit, flustroque ad
 se attracto laeue sedatumque se praeuit: nos
 autem

II. Ἀπολισθαίνοι.] Quanquam omnes edi-
 tiones seruent, neque huic verbo lex for-
 mandi aduersetur, vsus tamen poscit ἀπο-
 λισθαίνοι. Hemst.

πάντες ἡσυχίαν ἄγοντες, ἔδεν ἄλλο ἢ θεαταὶ
μόνον τῶν γιγνομένων, παρηκολαθῆμεν· ἔρω-
τες δὲ παραπετώμενοι 12) μικρὸν ὑπὲρ τὴν
θάλατταν, ὡς ἐνίοτε ἄκροις τοῖς ποσὶν ἐπι-
ψαύειν τῷ ὕδατος, ἡμμένας τὰς δᾶδας φέρον-
τες, ἡδὸν ἅμα τὸν ὑμέναιον. αἱ Νηρηίδες δὲ
ἀναδύσαι παρίππευον ἐπὶ τῶν δελφίνων, ἐπι-
κροτᾶσαι, ἡμίγυμνοι αἱ πολλαί. τό, τε τῶν
Τριτώνων γένος, καὶ εἴ τι ἄλλο μὴ φοβερόν
ἰδεῖν τῶν θαλαττίων, ἅπαντα περιεχόρευε τὴν
παῖ-

autem omnes quietem agentes, nihil aliud quam
spectatores solum eorum, quae fiebant, adsectaba-
mur. Amores porro iuxta volantes paululum su-
pra mare, sic ut nonnunquam summis pedibus de-
libarent aquam, accensas faces ferentes cane-
bant simul hymenaeum: Nereides vero emer-
sae adequitabant in delphinis adplaudentes, se-
minudae pleraeque: tum etiam Tritonum genus,
et si quod aliud non terrificum visu marinorum,
cuncta choreas ducebant circa puellam. Ne-
ptunus

12. Παραπετώμενοι.] Magno consensu Edd.
παραπετώμενοι quae quidem scribendi
ratio apud alios etiam rarius inuenitur, sed
nunquam fere, quin vel manu exarati li-
bri, vel vulgati discrepent; nam longe est
visitatus πετόμενος, quam πετώμενος, πί-
τεσθαι, quam πετᾶσθαι. Hemst.

παῖδα· ὁ μὲν γὰρ Ποσειδῶν ἐπιβεβηκὼς ἄρματος, παρεχμένην τε καὶ τὴν Ἀμφιτρίτην ἔχων, προῆγε γεγηθώς, προσδοικοῦν νηχομένῳ τῷ ἀδελφῷ. ἐπὶ πᾶσι δὲ τὴν Ἀφροδίτην δύο Τρίτωνες ἔφερον, ἐπὶ κόγχῃς κατακειμένην, ἄνθη παντοῖα ἐπιπάττεσαν τῇ νύμφῃ.

Ταῦτα ἐκ Φοινίκης ἄχρι τῆς Κρήτης ἐγένετο. ἐπεὶ δὲ ἐπέβη τῇ νήσῳ, ὁ μὲν ταῦρος οὐκ ἔτι ἐφκίνετο· ἐπιλαβόμενος δὲ τῆς χειρὸς ὁ Ζεὺς ἀπῆγε τὴν Εὐρώπην εἰς τὸ Δίκταιον ἄντρον, ἐρυθριῶσαν, καὶ κάτω ὀρῶσαν· ἤπισατο γὰρ ἤδη, ἐφ' ὅ,τι ἄγοιτο. ἡμεῖς δ' ἐμπέσόντες, ἄλλος ἄλλο τῷ πελάγῃ μέρος διεκυμαίνο-

ptunus quidem conscenso curru, adfidentem lateri Amphitriten habens praecedebat hilaris, viamque faciebat natanti fratri. Denique Venerem duo Tritones ferebant in concha decumbentem, flores omnigenos inspargentem sponfae.

4. Haec a Phoenicia vsque ad Cretam sunt facta. Postquam vero pedem in insula posuit, taurus non amplius extabat, sed prehensa manu Iupiter abduxit Europam in Dictaeum antrum rubore suffusam deiectisque oculis: iam enim haud ignorabat, cuius rei gratia duceretur: tum nos impetu facto alius aliam pelagi partem concitabamus.

μαίνομεν. ΝΟ. ὦ μακάριε Ζέφυρε τῆς θεας.
 ἐγὼ δὲ γρύπας, καὶ ἐλέφαντας, καὶ μέλανας
 ἀνθρώπους ὥρων.

bamus. NOT. Te beatum, Zephyre, specta-
 culo : at ego gryphas interea, et elephantos et
 nigros homines videbam.

D e somnio, seu, Vita Luciani	3
Ad eum qui dixerat, Prometheus es in verbis	29
Nigrinus, siue de moribus Philosophorum	46
Iudicium Vocalium	107
Timon, siue Misanthropos	123
Halcyon, seu de Transformatione	210
Prometheus, siue Caucasus	221

Deorum Dialogi.

Promethei et Iouis	24 ³
Cupidinis et Iouis	25 ¹
Iouis et Mercurii	25 ⁵
Iouis et Ganymedis	25 ⁶
Iunonis et Iouis	264
Iunonis et Iouis	27 ⁹
Apollinis et Vulcani	277
Vulcani et Iouis	28 ^t
Neptuni et Mercurii	284
Mercurii et Solis	287
Veneris et Lunae	291
Veneris et Cupidinis	294
Iouis, Aesculapii et Herculis	297
Mercurii et Apollinis	300
Mercurii et Apollinis	303
Iunonis et Latonae	306
Apollinis et Mercurii	310
Iunonis et Iouis	313
Veneris, et Cupidinis	317
Dearum Iudicium	321

Martis et Mercurii	345
Panis et Mercurii	348
Apollinis et Bacchi	352
Mercurii et Maiaë	355
Iouis et Solis	359
Apollinis et Mercurii	364

Dialogi Marini.

Doridis et Galatææ	368
Cyclopis et Neptuni	374
Alpheï et Neptuni	378
Menelai et Protei	381
Panopes et Galenes	384
Tritonis, Amymones, et Neptuni	387
Noti et Zephyri	390
Neptuni et Delphinum	393
Neptuni et Nereïdum	395
Iridis et Neptuni	399
Xanthi et Maris	401
Doridis et Thetidis	404
Neptuni et Enipei	407
Tritonis et Nereïdum	409
Zephyri et Noti	415

L I P S I Æ
EX OFFICINA SOMMERIA.